dine habitatiōis redigerūt. Un̄ Eſa.j.c. Derelinquet̄ filia ſiō
ſic̄ vmbraculū ī vinea: ⁊ ſic̄ tuguriū ī cucumerario. Sȝ q̄re h̄:
Q̄ꝛ/ f Vineā meā.i. legē moyſi: nō cuſtodiui. e Po
ſuerūt me ⁊c̄. Moralit̄ ſcd̄m btm̄ Greg.̄ vinee nr̄e q̄b⁹ po Moraliter
ſiti ſum⁹ cuſtodes/ ſūt actiōes nr̄e. Uinea cuiuſlibet ē miſteriū

 deputatū ſibi

deputatū ſibi: qd ſepe nō cuſtodit/dū intendit alienis nego/
cijs. Vñ in pſona cuiuſlibet dr: Poſuerūt me cuſtodē i
vineis.i.puiſorē ⁊ pcuratorē in negocijs alienis: Et ideo
Vineā meā nō cuſtodiui.i.ꝓpriū miſteriū ſi bñ exercui:
Aliꝰ ſm Bern. vl' neglexi. Beatꝰ Bern.exponit hoc de ſeipſo: ⁊ ꝑ cōſequēs
de q̄libet ꝑlato: hoc mō: vocās vineas aīas
ſubditoꝝ: vineā aūt ſuā dic animā ꝓpriā: cuiꝰ
vitis fides ē: palmites virtutes: botrꝰ bonū
opꝰ: vinū deuotio. Et recte vitis fides dr/et
virtutes palmites: qꝛ ſicut palmites ſine vite:
ſic nec ꝟtutes ſine fide eē pñt: qꝛ ſine fide im/
poſſibile eſt placere deo: Heb.xj.b. Et Ro.
xiiij.d. Oē qd nō ē ex fide/pctm eſt. Botrꝰ ex palmite naſ/
cit: ⁊ opꝰ ex ꝟtute. Vinū ex botro exꝑmit: ⁊ deuotio de ope
bono i corde orit. Dicit ḡ ſalomon in pſona cuiuſlibet ꝑlati:
Poſuerūt me cuſtodē i vineis/meis/excolēdis/ꝓpagā/
dis/putādis/purgādis: vt fructū plꝰ afferāt: ſed ego/vineā
meā nō cuſtodiui/a beſtijs vitioꝝ. Repꝛehēdit igit ſalomō
illos qui cuſtodē faciūt alioꝝ/eū q̄ ſe vnicū non ſufficit cuſto
dire. Male eñ cuſtodit alios q̄ ſe cuſtodire neſcit. Vñ.j.Ti/
moth.iij.b. Si qs domui ſue ꝓeſſe neſcit: quō eccl'ie dei dili/
gentiā habebit: Beatꝰ Bern. Miroꝛ inqt audaciā plurimo/
rū/qs videmꝰ de ſuis vineis nō colligere niſi ſpinas ⁊ tribu/
los: vineis tñ dñicis etiā ſe ingerere nō vereri: fures ſt ⁊ latro/
nes/nō cuſtodes vl' cultores. Hoc illis. Ve aūt mihi etiā nūc a
piculo vinee mee: heu deſtructa eſt maceria eiꝰ: vindemiāt eā
oēs q̄ ꝓtergrediūt viā: patet expoſita triſticie/iracūdie atqꝫ
impatiētie peruia: demoliunt eā ſedule q̄dā vulpecule inſtā/
tiū neceſſitatū: irrūpūt vndiqꝫ anxietates/ſuſpitiōes/ſollici/
tudines: turbe diſcordiātiū/cauſaꝝ moleſtie rara hora deſūt:
Nō ē ꝓhibēdi facultas: nec copia declinādi: ſ; nec orādi ſpa/
ciū. Quo imbre lachꝛymaꝝ pfundere ſufficiā ſterilitatē vinee
mee? Quibus lachꝛymis ergo rigabo ſterilitatē vinee mee?
Oēs palmites eiꝰ aruerūt ꝑ inopia: iacēt ſine fructu/eo qꝛ nō
Quattuoꝛ genera lachꝛymarū habeāt humorē. Sūt aūt q̄ttuoꝛ genera lachꝛymarū: quarū
hūore debet rigari ⁊ fecūdari vinea cuiuſlibet: ⁊ maxie ꝑlati.
Prime ſūt ꝓ incolatu huiꝰ miſerie: ⁊ he potāt ſitientē aīam.
Secūde ꝓ amiſſiōe gr'e ⁊ cōmiſſiōe culpe: ⁊ he lauāt imūdā.
Tertie ꝓ horrore gehēne: ⁊ he humectāt aīaꝫ aridā. Quar/
te ꝓ deſiderio patrie: ⁊ he irrigāt iam fecūdā. De ꝑmis dicit
Pš.79. Pš. Potū dabis nobis i lachꝛymis in mēſura. De ſecūdis:
Pš.6. Lauabo ꝑ ſingulas noctes lectū meū/lachꝛymis meis ſtratū
Pš.114. meū rigabo. De tertijs. Eripuit aīam meā de morte: oculos
Pš.41. meos a lachꝛymis/ pedes meos a lapſu. De q̄rtis: Fuerunt
Pš.136. mihi lachꝛyme mee ⁊c̄. Et alibi. Sup flumina babylonis ⁊c̄.
Hec q̄ttuoꝛ genera lachꝛymaꝝ/ſūt q̄ttuoꝛ flumia q̄ exeūt de
ꝑadiſo. Prime lachꝛyme ſt ꝑmꝰ fluuiꝰ.i.phiſon/q̄ dr oriſ mu/
tatio: ⁊ circūit ťrā euilach/ qd interꝑtat parturiēs: qꝛ lachꝛy/
me ꝓ hac miſeria quidā partꝰ doloris ſūt: ⁊ os ridentiū i vo
cē flentiū nouerūt optime cōmutare. Secūde ſūt ſecūdꝰ flu/
uiꝰ.i.geon: qui interꝑtat hiatꝰ ťre: ⁊ circūit terrā ethiopie: qꝛ
lachꝛyme ꝓ nigredine pctōꝝ hiatū faciūt ꝑ confeſſionē. Ter
tie lachꝛyme ſūt tertiꝰ fluuiꝰ.i.tigris: ⁊ vadit ꝯ aſſyrios: ꝑ qs
demones deſignāt: Nā ⁊ ꝑ tertias lachꝛymas gehēne ignis
extinguit: ⁊ demones effugant. Quarte lachꝛyme ſūt quartꝰ
fluuiꝰ.i.euphꝛates: q̄ frugifer interꝑtat: qꝛ lachꝛyme deuoti/
onis fructū multiplicē habēt: qꝛ mentē quā roꝛe celeſti ꝑfun/
dūt/q̄dā pinguedine reficiūt. Hic fluuius nō dr circūire ali/
quā ťrā: qꝛ lachꝛyme deuotiōis nullo mō ťre termio ꝯcludūt.
Prime ſūt circa mūdū: ſecūde circa pctm: tertie circa ſuppli/
ciū eternū: quarte ꝟo circa deū q̄ vbiqꝫ ē: Et ideo quartꝰ flu/
Aliꝰ i pſona boni pꝛelati uiꝰ circa nulliꝰ ťre circūitꝰ deſignat. Exponit etiā in bono/in
pſona boni ꝑlati: q̄ nō q̄rit q̄ ſua ſūt: neqꝫ qd ſibi vtile ē: ſ; qd
multis: qui vineā ſuā.i.vitā cuſtodire negligit in hoc mūdo:
vt eā cuſtodiat in eternū: Iuxta hoc qd dr/ Ioh.xij.d. Qui
odit animā ſuā in hoc mūdo: in vitā eternā cuſtodit eā. Reue
ra qui talis eſt/idoneus eſt ⁊ dignꝰ vt ponat cuſtos in multis
Luc.22.d. vineis. Propterea petro credita ē tot vineaꝝ cuſtodia: qꝛ parꝰ
erat cū dño ⁊ i carcerē ⁊ i mortē ire: Et paulo ſilr credita ē ſil
ua pmaxia vineaꝝ: qꝛ nō ſolū alligari: ſ; et mori in hierl'm pa
ratꝰ fuit/ꝓpter nomē dñi ieſu. Nihil inqt hoꝝ vereoꝛ: neqꝫ fa

a Indicā mihi quēm dili/
b git aīa mea: vbi paſcas/
c vbi cubes in meridie:

clo aīaꝫ meā ꝑcioſiorē q̄ꝫ me: Act.xx.e. Et Ioh.x.b. Bonꝰ
paſtoꝛ aīaꝫ ſuā dat ꝓ ouibꝰ ſuis. Dic ḡ talis q̄libet: Vineā
meā nō cuſtodiui: ſupple i h mūdo/iuxt hippocratiſ aucto/
ritatē/aut galieni dogmata: ſ; potiꝰ ꝑdidi/iuxt dñi ſentētiā: Et
ideo/poſuerūt me cuſtodē i vineis multis. Sequit. a
Indica mihi quem diligit aīa mea:
vbi paſcas/vbi cubeſ: vel/vbi paſcat
vbi cubet i meridie: alia l'ra. Scōm qd i
tertia pſona ponit paſcat ⁊ cubet: vox eſt
icipiētl' eccl'ie de gētibꝰ/ad ꝑmitiuā ecclīā de
iudeis. Quia eñ mlti pſeudo ꝓphete exierāt
i mūdū/dicētes: Ecce hic ē chꝛiſtꝰ: ecce illic:
vt dr Matth.xxiiij.b. orat ſpōſa vt doceat eā/ i quoꝝ ꝓfeſ/
ſione ⁊ ope poſſit inuenire ſibi ſponſū. Et h eſt qd ait: Indi
ca mihi.q.d.poſita ſū cuſtoſ i vineis ſic tu/vl' ponēda: ⁊ ne
fallar i mltitudie vineaꝝ/hereticoꝝ/hypocritaꝝ/falſoꝝ fratꝝ:
indica mihi vbi paſcat/vbi cubet quē diligit aīa
mea/ſpōſus tuꝰ.i.i quibꝰ vineis delectet vt q̄eſcat: in meri
die.i.in ſplēdoꝛe maieſtatis ſue.q.d.indica mihi cenaculū et
cubiculū ſpōſi meridianū. Fideles actiui/ſunt cenaculū ſpō/
ſi meridianū: q̄ bonis actibꝰ eū paſcūt: ⁊ ab eo paſcuntur per
gratiā quā infundit eis: ſm qd dicit Apoc.iij.d. Ego ſto ad
oſtiū ⁊ pulſo: ſi qs aperuerit mihi/intrabo et cenabo cū eo: ⁊
ipſe mecū. Cubiculū ſpōſi meridianū ſūt fideles ꝯtēplatiui:
i qbꝰ dñs q̄eſcit. Cenaculū igit matutinū ſpōſi fuit ſynagoga
in deſerto: q̄ primitijs bonoꝝ opū illū q̄dāmō pauit: ſic legit
Oſee.ix.c. Quaſi vuas i deſerto inueni iſrl': ⁊ q̄ſi ꝑma poma
ficulnee in cacumie eiꝰ vidi pŕes eoꝝ. Tūc fuit mane: qꝛ tūc
incipiebat lumē legis oriri: ⁊ adhuc modicū luminis/⁊ nihil ca
loriſ erat. Vñ tūc fuit ꝑma hora diei. Tertia hora fuit die pē
tecoſtes: qñ ſol iuſticie luxit clariꝰ: ⁊ caluit feruētiꝰ: ſed nondū
fuit hora ſplēdide ⁊ opulente comeſtiōis: ſicut dicit Petrus
Act.ij.c. Nō eñ hi ebrij ſunt: cū ſit hora diei tertia. Meri/
dieſ ꝟo fuit poſt aſcēſionē ⁊ i miſſione ſācti ſpūſ: qñ ꝑdicātibꝰ
aplīs/ ſol iuſticie ſplēdoꝛe noticie ſue/et ardoꝛe charitatiſ ſue
totū mūdū illuſtrauit ⁊ iſlāmauit: ſm qd legit Eccl.xliij.a.
Sol i aſpectu annūciās i exitu vas admirabile opus excelſi:
in meridiano exurit terrā/⁊ i aſpectu ardoris eius qs poterit
ſuſtinere? In iſto meridie ſponſus cenaculum habuit grande
ſtratū/totā eccleſiā vbiqꝫ diffuſaꝫ: vbi paſcit ⁊ paſcit. Paſcit
quidē varijs ferculis ſacre ſcripture. Paſcit etiā delitijs coꝛ/
poꝛis ⁊ ſanguinis ſui multiplici ⁊ admirabili ſuauitate. Paſcit
etiā ꝯſolationū ſuaꝝ interna inſpiratiōe. Paſcit aūt opibꝰ pie/
tatis: ſic ipſe dic/ Matth.xxv.c. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi mā/
ducare. Paſcit illis qs de cibis ꝑdicatoꝝ i corpꝰ eccl'ie traij/
cit: ſic dictū eſt petro: Act.x.b. Occide ⁊ māduca. Cenacu/
lū igit ſpōſi meridianū eſt vniuerſalis ecclīa: qd nouella eccle
ſia de gentibꝰ ſibi poſtulat indicari. Matutinū ꝟo cenaculū
eiꝰ fuit ſynagoga: ꝓpt cauſā quā diximꝰ. Et erit cenaculū veſ/
ꝑtinū eiuſdē: qñ reliq̄e iſrl' ſalue fiēt: ſic legit Eſa.x.c. et Ro.
ix.f. Quaſi igit matutinū ⁊ veſꝑtinū cenaculum cognouiſſet
ecclīa de gētibꝰ/meridianū ignorās/dic: Indica mihi quē
diligit aīa mea: vbi paſcat vbi cubet i meridie.q.d.
noui vbi paſcat/vbi cubet i mane ⁊ i veſpe: qm apud ſynago/
gā: ſ; i meridie.i.tpe cecitatꝰ ſynagoge: indica mihi vbi
paſcat vbi cubet/ ſponſus tuus/ quē diligit aīa mea.
Scōm aūt qd ibi eſt/paſcas ⁊ cubes/i ſecūda pſona: vox
eſt adoleſcētulaꝝ ad ſponſū/dicētiū ſub eodē ſenſu: O ſponſe
dilecte/ b Quē diligit aīa mea/nō caro: ſpūalē iſinuās
dilectionē: a Indica mihi: vbi paſcas vbi cubes/
ꝑfectos actiuos ⁊ ꝯtēplatiuos/in qbꝰ delectarl' ⁊ q̄eſc: vt eis
poſſim ꝯformari. Vl' a Indica mihi i meridie.i.clare ⁊
manifeſte: b Quē diligit aīa mea.i.itima volūtas et af/
fectio mea.i.⁊c. c Vbi paſcas vbi cubes/ vt ꝑperē illuc
⁊ ibi maneā ⁊ quieſcā tecū. a Ne incipiā vagari poſt
greges ſodaliū tuoꝝ.i.ne vaga ⁊ inſtabilis ⁊ heſitans et
errabūda currā poſt irrōnabiles multitudines hereticoꝝ/hy/
pocritaꝝ/falſoꝝ fratrū: q̄ ꝑ latā viā peccati gradiunt ad moꝛ/
tē. Greges aūt ſodaliū dicunt cōuenticula hereticoꝝ/hypo/
critarū et falſoꝝ fratrū: ꝓpter ſimplicitatē exterioꝛē ⁊ multitu
dinem: ꝓpter quaꝫ multi ſequunt eos: ſic oues ſequūt alias.
Item pōt eſſe

a ne vágari incipiam poſt gre/
b ges ſodaliū tuoꝝ. Si ignō/
c raſ te o pûlchꝛa int̄ mlīeres:
d egredere et åbi poſt vêſtigia
e
f gregū tuoꝝ/ et páſce hedōs
g
h tuos iuxͣ tābnacula paſtoꝝ.

Item poteſt eſſe vox ſponſe de laboꝛe et fatigatione acti/
onis ſuſpirantis ad refectionē et quietē cōtēplationis. Dicit
ergo ſponſa: O ſponſe: Quem diligit aīa mea: indica
mihi vbi paſcas vbi cubes in meridie: hoc eſt ī ſplē
doꝛe tue cognitionis: ⁊ ardoꝛe tue dilecti/
onis. In meridie aūt ideo dicit: qꝛ dies
C ꝯtemplatiōis mane habet ⁊ veſpe ⁊ meri/
diem/ iuxta tres eius ſpecies: ꝗ ſūt cogita/
tio/ meditatio/ viſio. Cogitatio ē pͥma ho/
ra huiꝰ diei: ꝗ minus hꝫ ſpūalis lumīs et
ſācti ardoꝛis. Meditatio ē tertia hoꝛa: qꝛ
plus hꝫ lumīs ſpūalis ⁊ ſancti ardoꝛis ꝙ̄
cogitatio: Iuxta qͦ dic̄ Pſ̄. Et ī medita
Pſ.38. tione mea exardeſcet ignis. Viſio ē meri/
dies: vbi pfectū eſt lumē cognitiōis ⁊ ardoꝛ amoꝛis ſcḋm ſtatū
vie. Veſpe ꝟo huiꝰ diei/ cōtēplatio dei ꝑ creaturas. Sponſa
igit̄ nō mane ꝯtemplatiōis: nō veſpe: nō tertiā hoꝛā: ſed ipſū
meridiē ſibi poſtulat indicari. i. pfectioꝛes cōtemplatiōis: vt
eos valeat imitari. Vel meridies pleni ⁊ pfecti lumīs ⁊ ardo/
ris/ eſt eccl̄ia triūphans: vel ſtatus glīe eccl̄ie triūphātis: ꝗ ⁊
cenaculū ⁊ cubiculū ſpōſi dr̄. Cenaculū ꝗdē eterne ſatietatꝭ:
Pſ.16. De ꝗ Pſ̄. dic̄: Satiaboꝛ cū appuerit glīa tua. Cubiculū io/
Pſ.4. cūdiſſime ꝗetis. De ꝗ Pſ̄. In pace ī idipſū doꝛmiā ⁊ reqeſ/
cā. Hoc ꝗ cenaculū ⁊ h̄ cubiculū ſibi poſtulat īdicari ſpōſa di
gito ſpūſſancti vł indice fidei. Qͦd aūt ſequit̄: a Ne vaga/
ri incipiā poſt greges ſodaliū tuoꝝ. i. poſt turbā de/
ceptā: ⁊ ī erroꝛe genitā a ſodalibꝰ tuis. i. ab hereticis vel falſi
nōis chꝛiſtianis: ꝗ chꝛiſtū ſ ꝯoꝛe ꝯfitent̄: ſꝫ factis negāt: ꝗ ꝙ̄diu
chꝛiſtꝰ ī pace eſt/ cū eo ſūt: oꝛta aūt pſecutiōe/ recedūt ab eo:
Recte dicit: ſicut dr̄ Luc̄. viij. b. Ad tempꝰ credūt: ⁊ in tpe
tēptatiōis recedūt. Unde de his ſodalibꝰ dr̄/ Eccl̄i. xxxvij. a.
Sodalis amico cōiocundabit̄ ī oblectatiōibꝰ: ⁊ ī die tribula/
Triplex tiōis aduerſariꝰ erit. Eſt autē triplex meridies/ iuxta ſui nōis
meridies triplicē etymologiā. Primꝰ ē claritas ꝯtēplatiuoꝝ: ꝗ adhuc
laboꝛāt in hac pegrinatiōe. Secūdꝰ eſt claritas eoꝝ ꝗ exutis
coꝛpoꝛibꝰ/ adhuc ſūt in beata expectatiōe. Tertiꝰ eſt angelo/
rū ⁊ ſanctoꝝ: ꝗ facie ad faciē vidēt deū/ iam celebꝛata vtraqꝫ
reſurrectiōe. Primꝰ dr̄ meridies/ ꝗſi merens dies: ⁊ qꝛ in eo
meremꝰ ꝓpter peccata: ⁊ meremur virtutū incremēta. Secū/
dꝰ dr̄ meridies/ ꝗſi mediꝰ dies: qꝛ claritas eiꝰ adhuc nō ē ple/
na: plenioꝛ tamē pͥma: ſed minꝰ clara ꝙ̄ tertia. Tertiꝰ meridi/
es dr̄/ ꝗſi merus dies: qꝛ clarioꝛ eſt ceteris: nihil habēs obſcu
ritatis aut impfectiōis. De hoc triplici meridie rn̄debat da/
uid achis querentē: In quē irruiſti hodie: Et rn̄debat dauid:
Cōtra meridiē iude: ⁊ ꝯ meridiē hieramel: et ꝯ meridiē ceni.
.i. Reg̃. xxvij. d. Iudas interpꝛetat̄ cōfeſſio: Hieramel/ mi/
ſericoꝛdia dei mei: Ceni/ nidꝰ meꝰ vł erariū: vł poſſeſſio mea.
Cōtra meridiē iude igit̄ irruit: ꝗ ꝯtēplās pctm̄ ſuū ꝯfitēdo in
illū irruit. Cōtra meridiē hieramel irruit: ꝗ ꝑ opa miſcdie ad
requiem aīaꝝ tendit. Cōtra meridiē ceni irruit: cui ſolꝰ deus
poſſeſſio vł erariū ē. Sequit̄. b Si ignoꝛas te ⁊c̄. Vox
ſpōſi ad ſpōſā arguēt̄ eā. Petierat em̄ indicari ſibi cenaculū
et cubiculū ſpōſi: qͦ ipſa eſt: vn̄ videt̄ ignoꝛare ſeipſā/ qꝛ ī ea
cenat ⁊ cubat ſpōſus. Recte ꝗ dicit ſpōſus: Si ignoꝛas te
o pulchꝛa int̄ mulieres: qͦ vtiqꝫ videt̄ ex eo ꝙ queſiſti
indicari tibi/ vbi paſcat/ ⁊ vbi cubet ſponſus tuus: Egrede/
re ⁊c̄. Vel pōt referri ad id ꝙ ſponſa ſupꝛa dixerit ſe nigram
et decoloꝛatam ⁊ fuſcam/ cum ipſa ſit candida ⁊ decentiſſime
coloꝛata. Merito ergo ei dicit ſponſus: Si ignoꝛas te o
puchꝛa inter mulieres: qͦ videt̄: qꝛ nigrā te dicis/ cum
ſis candidiſſima: ⁊ decoloꝛatā/ cū ſis eximie coloꝛata. Vł qꝛ
ſpōſo videt̄ trepidaſſe/ cū dixit: Indica mihi vbi paſcaſ
vbi cubes ī meridie: ne vagari incipiā poſt gregeſ
ſodaliū tuoꝝ: ſtatim ſpōſus eius trepidantē benigna īcre/
patiōe redarguit/ dicēs: b Si ignoꝛas te/ mihi deſpōſa/
tā. Vł Si ignoꝛas te. i. ꝗ ſis ⁊ qualis. Vł/ Si ignoꝛas
te/ per tribulatiōes pulchꝛioꝛem debere fieri: nō remiſcēs ꝙ
nemo coꝛonabitur/ niſi qui legitime certauerit: vt legitur. ij.
Timoth. ij. a. c O pulchꝛa inter mulieres. i. ſuper
oēs infirmoꝝ cōgregatiōes/ vitijs ⁊ demonibus ſe ꝓſtituē/
tiū. Vł pulchꝛa int̄ mlīeres dr̄: qꝛ ex aliaꝝ cōgregationū de/
formitate/ eccl̄ie ſpecioſitas cōmēdat̄. Cōtraria em̄ iuxͣ ſe po/
ſita magꝭ eluceſcūt: vt dic̄ Boetiꝰ. Et maioꝛa ⁊ mioꝛa videt̄:
vt dic̄ Ariſtot̄. b Si/ inqͣ/ igras te o pulchꝛa int̄ mlīe/
reſ: egredere. i. egredierꝭ a meo ꝯſoꝛtio ⁊ amplexu. Nō em̄
ꝑcipit ſꝫ pmittit: vł ꝑdicit ꝗd euēturū ſit.
d Et abi. i. abibiſ: e Poſt veſtigia
gregū tuoꝝ. i. varios actꝰ errātiū ſeqrꝭ.
f Et paſce. i. paſces ꝑua doctrina tua.
g hedos tuos. i. pditos auditoꝛeſ: ꝗ iō
vocāt̄ hedi: qꝛ ſt̄ ī fidei ꝯuerſatiōe fetidi:
⁊ quia cōſtituent̄ cū repꝛobis ad ſiniſtrā:
Mat. xxv. c. Vł/ Paſce hedos tuoſ. i.
nutries ꝑuos morꝰ carnis ⁊ fetidoſ. Tu di
co intēdēſ/ b Iuxͣ tabernacl̄a paſtoꝝ
i. ſecuta mgroꝝ īſipiētiū ſcholas ſiue doctrinas. Vł/ Paſce
hedos tuos iuxͣ tabernacl̄a paſtoꝝ. i. iuxͣ veros paſto/
res ⁊ doctoꝛes. i. vt videaris ſiřis bonis ⁊ veris paſtoꝛibꝰ/ cū
nō ſis. Scholas aūt veroꝝ paſtoꝝ vocat tabnacl̄a: qꝛ oēs ſꝫ
ꝑdicatoꝛes ⁊ doctoꝛes ī expeditiōe/ ſūt pugnātes ꝑ ſe ⁊ ꝑ ſb/
ditis ſuis/ ꝯ mūdū ⁊ carnē ⁊ diabolū. Alit̄: b Si ignoꝛas Aliter
te o pulchꝛa int̄ mlīereſ: egredere/ a ſecreto ꝯtēplatio/
nis: vbi ſolū ſponſū intuerꝭ: vt teipſā cōſideres ⁊ cognoſcas.
d Et abi poſt veſtigia gregū tuoꝝ. i. attēde opa ⁊ affe
ctus eccl̄iaſticoꝝ ꝯuētuū: qꝛ ipſi oñdēt tibi/ vbi paſcā/ vbi cu/
bē in meridie. Ubi em̄ ipſi paſcunt̄: ego ibi paſco eos/ paſtu Multiplex
mītiplici. Primo/ paſtu herbaꝝ virētiū. i. ſacroꝝ eloꝗoꝝ. De paſtus
ꝗbꝰ dr̄ Prouer. xxvij. d. Apta ſt̄ pꝛata: ⁊ appuerūt herbe vi/
rēteſ. Scḋo/ paſtu bonoꝝ opeꝝ: ꝗ aīe opantiū nutriunt̄ ⁊ im
piguant̄ ⁊ roboꝛant̄/ ⁊ etiā magnificāt̄. Tertio/ paſtu coꝛpis
⁊ ſanguis ſui. Quarto/ gaudio cōuerſoꝝ ad fidē vł penitētiā.
Quīto/ paſtu celeſtiū gaudioꝝ: ꝗ fide ⁊ ſpe mō paſcūt̄ electi:
tandē paſcent̄ re ipſa. Sexto/ paſtu ꝯſolationū ⁊ viſitationū
īt̄naꝝ: ꝗbꝰ dn̄s ſepe paſcit electos pꝰ laboꝛes ⁊ tribulatiōes:
ſic legit̄ Tob. iij. d. Nō delectarꝭ ī pditiōibꝰ nr̄is: qꝛ pꝰ tēpe/
ſtatē trāquillū facis: ⁊ poſt lachꝛymationē ⁊ fletū/ gaudium
et exultationē infūdis: Et in Pſ̄. Scḋm mltitudinē doloꝝ Pſ.93.
meoꝝ ī coꝛde meo: ꝯſolatiōes tue letificauerūt aīaꝫ meā. De
oībꝰ iſtis paſtibꝰ dr̄ ī Pſ̄. ſcḋm hebꝛaicā veritatē: Dn̄s paſcit Pſ.22.
me ⁊ nihil m̄ deerit: ī loco paſcue ibi me collocauit. Qꝛ ī gre/
gibꝰ eccl̄ie tot ſūt paſtꝰ ꝗbꝰ ſpōſus paſcit eos: iubet̄ ſpōſa egre
di ⁊ abire pꝰ veſtigia gregū ſuoꝝ: vt ī eis ꝯſpiciēs/ candidā ⁊
coloꝛatā ſe agſcat/ nō nigrā aut fuſcā. Qͦd aūt ſeqt̄: f Et pa
ſce hedos tuos iuxͣ tabernacula paſtoꝝ: hoc ī bono
accipit̄ de his ꝗ ſblimioꝛa carpūt ⁊ erecti paſcūt̄: ꝗ ardua ꝯſi/
lioꝝ ꝯſcēdūt: h̄ ē de virꝭ pfectꝭ: ī ꝗbꝰ maioꝛ ē decoꝛ eccl̄ie/ ꝗs
hedos vocat ſalomō nō capꝛas: qꝛ hedi nō hn̄t fetoꝛē capꝛaꝝ
nec inſipiditatē. Eſt ꝗ ſeſꝰ: Paſce hedos tuoſ iuxͣ taber
nacula paſtoꝝ. i. rege viros pfectos: ꝗ ſūt iuxͣ ꝯuerſationē
apl̄oꝝ: ꝗꝝ vitā ⁊ militiā imitant̄. Hi hedi ꝓpꝛie ſt̄ clauſtrales:
in ꝗbꝰ dn̄s ꝓpꝛie cubat: ī ſecularibꝰ ꝟo paſcit̄. Eſt aūt triplex Triplex
egreſſꝰ. Primꝰ ē de ſpū ad carnis vitia. Secūdꝰ ē de ſolitu/ egreſſus
dine clauſtrali ad ſecularia deſideria. Tertiꝰ de ꝗete ꝯtēplati/
oniſ ad negocioꝝ exercitia. In ꝗlibet autē iſtoꝝ egreſſuū/ hō
amittit ſui cognitionē. Ad quā etiā tribꝰ modiſ reuertit̄. Pꝛi/ Triplex reuer
mo qn̄ pctā ſua recogitat. Secūdo/ qn̄ miſeriā ſuā recognoſ/ ſio ad deum
cit. Tertio/ qn̄ dignitatē ꝗ ad imaginē ⁊ ſilitudinē dei creatꝰ
ē ꝯtemplat̄. Pꝛima ꝯtēplatio hūiliat ex memoꝛia iniꝗtatis ⁊
veniā ꝓmeret̄. Un̄ Pſ̄. Scḋm mltitudinē miſerationū tua/ Pſ.50
rū dele iniꝗtatē meā ⁊c̄. Qm̄ iniꝗtatē meā ego agnoſco ⁊c̄.
Scḋa ꝯtriſtat ex pſentia infidelitatꝭ: ⁊ luctꝰ excitat ꝗruloſos.
Un̄ Paulꝰ/ Ro. vij. d. Infelix ego hō ꝗs me libabit de coꝛ/
pe moꝛtꝭ huiꝰ. Tertia letificat ⁊ ꝯſolat̄. Et iō Baruch aīaꝫ
negligentē ab iſta ꝯtēplatiōe arguit/ dicēs: Quid ē iſrł ꝙ in
t̄ra īimicoꝝ es: ⁊ īueteraſti ī t̄ra aliena: cōmoꝛatꝰ es cū moꝛ/ Baruch. iij. b.
tuis: deputatuſ es cū his ꝗ in inferno ſunt: Terra nr̄a eſt aīa
nr̄a: vbi dn̄s in baptiſmo virtutū ſemina ſeminauit: expectās
vt tpe ſuo meſſem ſeu frugē bonoꝝ operū redderemꝰ. Terra
inimicoꝛū/ caro coꝛrupta eſt: vbi fames vitioꝛū ſeminata eſt
a pꝛimis parētibus: ex quo naſcit̄ meſſis mala pꝛauoꝛū mo/
tuū ⁊ carnaliū deſiderioꝛū: que militant aduerſus animā. In
terra igit̄ inimicoꝝ eſt: ꝗ curā carnis agit ī deſiderijs aīe ſue.

Oblitꝰ ĩnueteraſcit in ꝉra aliena: qꝛ̃ peccatū in conſuetudinē
trahitur. Cōmoraꝉ cū mortuis: qꝛ̃ in peccatis delectādo q̄/
eſcit. Cū his q̄ ĩ inferno ſunt/ deputaꝉ: qꝛ̃ pctōꝝ diuturnitate
aut magnitudine ĩ deſpatiōnē ducitꝉ. Sequitꝉ. a Equita
tui meo ĩ curribꝰ pharaonis aſſilaui te amica mea.
Quia nō vult dn̄s ſpōſā ignorare ſeipſā: ideo poſt cōminati/
onē blāditꝉ ei/ oſtēdens cui aſſilauerit eā. i. ſimilē fecerit. ſ. pplo
iſraelico Ut queadmodū ille dū in medio
egyptioꝝ fuit ab illiſ affligebaꝉ: ꝛ qꝛ̃ rece/
dere diſponeret/ aggrauauerūt iugū ꝛ af/
flictionē: ꝛ ĩ receſſu pſecutionē addiderūt/ n̄
ceſſātes donec ĩ mari rubro eēnt ſūmerſi:
ſic tu o ſpōſa dum es ĩ medio filioꝝ mr̄is

a Equitātui meo ĩ cūrribꝰ pharaōis āſſilaui te āmica mea.

tue: neceſſe habes pati ſimilē afflictionē: et ſi vis recedere ab
eis. i. ꝯuerſatiōe ꝛ doctrina diſſilis eſſe/ ingrauaꝉ bellū ꝛ pſe/
cutio/ ſola morte finiēda. Et h̄ ē: Eq̄tatui meo ꝛc̄. Sic iū/
ge lraꝫ. b O amica mea. i. cuſtos ꝛ ꝯſcia ſecretoꝝ meoꝝ:
c Aſſimulaui te. i. ſileꝫ eē demōſtraui: a Eq̄tatui meo
. i. exercitui meo: h̄ ē pplo iſrl̄itico: exiſtēti/ b In curribus
pharaōis. i. tpe curruū. i. currētis pſecutiōis pharaōis. q.
d. Sic pplm iſraeliticū de ſuitute egyptiaca liberaui: ſic te de
pſecutiōe hoſtiū tuoꝝ liberabo/ ſi te cognoueris ſpōſā meā.
Uꝉ ſic iuxꝉ aliā Glo. b O amica mea aſſimulaui te. i. cō/
paraui te: a Eq̄tatui meo/ ꝯpato/ b In curribꝰ pha/
raonis. i. ad currꝰ pharaonis. q. d. quātū differt eq̄tatꝰ meꝰ
ab equis pharaonis: tantū melior es tu omibꝰ aliȷ̄s filiabꝰ.
Un̄. ȷ. ȷȷ. a. Sic liliū inꝉ ſpinas: ſic amica mea inꝉ filias. Boni
dicunꝉ equitatꝰ ſpōſi/ et ipſe eques: Portant em̄ eum vbiq̄
terraꝝ. Unde. Abacuk. iȷȷ. b. Qui aſcēdes ſup equos tuos: ꝛ
quadrige tue ſaluatio. Mali ſunt equi diaboli: ꝛ ipſe eques.
Un̄ Exo. xv. a. Equū ꝛ aſcenſorē ꝓiecit ĩ mare. Uel ſic. Aſſi
milaui te/ o/ amica me eq̄tatui meo. i. exercitui meo ex/
territo ꝛ impugnari timēti ꝓximo: In curribꝰ. i. a curribꝰ pha
raonis pſequētis eū fugientē. q. d. o amica mea tu times ne te
deſerā ĩ medio pſequētiū te: vel vagari ꝑmittā te poſt greges
ſodaliū tuoꝝ. Sꝫ nō oportet: qꝛ aſſilaui te eq̄tatui meo:
quē exterritū a curribꝰ pharaōis liberaui/ ipſis ſūmerſis ĩ ma
re. Uel ſic. Aſſilaui te o amica mea equitatui meo/ ad
equitādū: in curribꝰ pharaonis. i. cōtra currꝰ pharaonis
ſubuertēdos: et ideo nō mireris ſi a curribꝰ pharaonis impu
gneris. i. diaboli: q̄ pugnat cōtra eccleſiā exploratiōe ſimula/
toꝝ: inſidȷ̄s callidoꝝ: ſciſſuris ſchiſmaticoꝝ: fallacȷ̄s hereti/
coꝝ: pſecutiōibus tyrānoꝝ: falſis cōſilȷ̄s carnaliū amicoꝝ:
laqueis ſuggeſtionū. Uel equitatꝰ ſpōſi/ eſt equoꝝ apparatꝰ:
quoꝝ alȷ̄ ſūt dextrarȷ̄: alȷ̄ palefredi: alȷ̄ ſaginarȷ̄: alȷ̄ curri/
les. Dextrarȷ̄ ſūt martyres/ armis patiētie ꝛ fortitudinis ar/
mati: De quibꝰ Job. xxxix. c. Nūquid p̄bebis equo fortitu/
dinē: Palefredi ſꝉ ꝯtēplatiui: q̄ dn̄m ſuauiꝉ portāt. Sagina/
rȷ̄ ſūt p̄dicatores: q̄ aliȷ̄s victualia verbi dei/ ꝛ arma virtutū
in doctrina circūferūt. Equi curriles ſunt p̄lati: q̄ pectore ꝛ
humeris. i. ſapiētia ꝛ ope eccl̄iaſ ſiue plebes ſibi ꝯmiſſaſ: velut
quoſdā currꝰ dei/ ad celeſtē patriā poſt ſe trahūt. Hic ē eq̄ta/
tus ſpōſi. ſ. martyres/ clauſtrales/ p̄dicatores/ ꝛ p̄lati. Et huic
eq̄tatui meo/ inq̄t ſpōſꝰ/ aſſilaui te o amica mea ĩ cur/
ribꝰ pharaonis. i. ad currꝰ pharaonis expugnādos. Ne/
ceſſe igiꝉ habes pati ĩ dextrarȷ̄s tuis pondꝰ armoꝝ/ ꝛ vulne/
ra p̄lioꝝ/ ꝛ etiā mortē corpalē. In palefredis famē/ ſitim/ vi
gilias/ diſciplinas: ꝛ hmōi obſeruātie reglaris. In ſaginarȷ̄s:
labores/ fatigatiōes/ diſcurſꝰ/ opprobria/ ꝛ ꝑicula mlta: q̄ nu/
merat Paulꝰ. ȷȷ. Corl. xȷ. In eq̄s currilibꝰ: onera ſubditoꝝ
diſpēſatiōe aſſūpti officȷ̄: et h̄ pectore ꝛ hūeris. i. doctrina et
vita: vt dictū ē. Eſt aūt triplex currꝰ pharaōis. Primꝰ ē cur/ Triplex currꝰ pharaonis
rus malicie: ſecūdꝰ luxurie: tertiꝰ auaricie. Currꝰ malicie q̄t/
tuor habet rotas. ſ. ſeuiciā: impatiētiā: audaciā: impudentiā.
Uelox ē iſte currꝰ ad effundendū ſanguinē ĩnocentē: qꝛ nec ĩ/
nocētia ſiſtiꝉ: nec patiētia retardaꝉ: nec timore frenaꝉ: nec pa/
uore cohibeꝉ. Trahiꝉ aūt duobꝰ eq̄s nimis ꝑnicibꝰ ꝛ ꝑnicio/
ſis. ſ. terrena potētia: ꝛ ſeculari pōpa. Et his duobꝰ eq̄s p̄ſi/
dent duo aurige: tumor ꝛ liuor. Tumor pompā: liuor poten
tiā agit. Luxurie currꝰ ſiliꝉ q̄tuor hꝫ rotas. ſ. vētris ingluuiē:
coitꝰ libidinē: veſtiū mollicie: ocȷ̄ reſolutionē. Trahiꝉ aūt cur
rus iſte duobꝰ eq̄s: ſanitate corpali/ ꝛ abūdantia tpali: quibꝰ
duo aurige p̄ſidēt: ſtulta ſecuritas vite/ ꝛ torpor ignauie. Cur
rus auaricie ſiliꝉ q̄tuor hꝫ rotas: q̄ ſūt puſillanimitas/ inhūa/
nitas/ ꝯtēptꝰ dei/ obliuio mortis. Eq̄ trahētes ſūt tenacitas
ꝛ rapacitas. His duobꝰ eq̄s vnicꝰ p̄ſidet auriga. ſ. amor ha/
bēdi. De q̄libet iſtoꝝ curruū dꝛ̄ Eſa. v. e. Ue q̄ trahitis iniq̄/
tatē ĩ funiculis vanitatiſ. Eſt ꝛ triplex currus dei/ huic triplici
currui cōtrariꝰ. Primꝰ currꝰ eſt innocētie. Triplex currꝰ dei
Un̄ Augꝰ. Innocēs ē q̄ nec miſerū facit:
nec miſeꝝ relinq̄t. Quattuor habeꝉ rotaſ.
Quaꝝ p̄ma eſt benigna tpaliū adminiſtra/
tio: Secūda eſt infirmantiū ꝯpoſa cōpaſ/
ſio: Tertia in tēptatiōe blanda cōſolatio.
Quarta iniuriaꝝ ꝛ cōtumeliaꝝ leta ſuſceptio. Duo equi tra/
hunt currū iſtū. ſ. miſericordia cū hilaritate: et ſollicitudo de
reddenda ratiōe. Unde Ro. xȷȷ. b. Qui p̄eſt in ſollicitudine:
qui miſereꝉ ĩ hilaritate. Auriga ē animi fortitudo. Secūdus
currus eſt pudicitie. Quattuor eiꝰ rote ſūt/ abſtinētia/ mūdi/
cia/ aſperitaſ veſtis/ aſſiduitas laboris. Duo equi: corporalis
infirmitas: ꝛ tēporalis paupertas. Auriga eſt mortis conſi/
deratio. Tertiꝰ currus eſt charitas. Quattuor rote eius ſunt
feruores qui de fornace charitatis ꝓcedunt. Primus eſt ze/
lus dei/ vt honoreꝉ. De quo Pſ̄. Zelus domus tue come/ Pſ. l.
dit me. Secūdꝰ ē zelꝰ ꝓximi/ vt ſalueꝉ. De quo. ȷȷ. Corinth.
xȷ. a. Emulor em̄ vos dei emulatione. Tertius ē feruor ma/
cerāde carnis. Quartꝰ ē feruor deuotiōis. Duo equi trahen
tes hūc currū: ſūt due ſpecies charitatis. ſ. amor dei: ꝛ amor
ꝓximi. Auriga eſt ſapientia. In curru patientie ſedet iob:
et oīs ꝓ chriſto patiēs. In curru pudicitie ſedet eunuchus:
et omis ꝓ chriſto. ꝯtinēs. In currru charitatis rapiꝉ he/
lias/ pallium cure temporalis derelinquens: ꝛ omnis largus
et miſericors Similiter in primo curru pharaonis ſedet ie/
zabel pſequens heliā. iȷȷ. Regl. xix. a. In ſecūdo p̄ſbyteri ac/
cuſantes ſuſannā: Danieꝉ. xiȷȷ. d. In tertio ananias ꝛ ſaphira
dimidiā retinentes pecuniā: Actl. v. a. Uide quomō currus
dei/ curribꝰ pharaonis oppōnunꝉ. Sꝫ currꝰ pharaonis/ cur/
rus dei pſequunꝉ: Nam currus malicie pſequiꝉ patientiā: ne
illatā ſibi ĩiuriā diſſimulet/ ſꝫ vindicet aut irroget. Cōtra quā
armat nos apoſtolꝰ/ Roma. xȷȷ. d. dicens: Nō voſmetipſos
defendētes chariſſimi: ſed date locū ire. Currus luxurie pſe/
quiꝉ pudicitiā: ne carnem ſuam crucifigat cum vitȷ̄s ꝛ cōcu/
piſcentȷ̄s: ſed potius curā eius agat in deſiderȷ̄s. Currꝰ aua
ricie pſequiꝉ charitatē: vt nihil tribuat/ ſed oīa retineat. Cō/
tra hos duos armat apoſtolus/ Eph. v. b. vbi dicit: Omnis
fornicator/ aut ĩmūdus/ aut auarus/ q̄d eſt idoloꝝ ſeruitꝰ: nō
habet hereditatē in regno chriſti ꝛ dei. Preter hos currus:
et ſup oēs iſtos habet ſponſus vnū currum mirabilē: de quo
ſpecialiter hic agit ſalomon: vocans eū equitatū ſponſi: De
quo dicit Pſ̄. Currus dei decē milibꝰ multiplex milia letan/ Pſ. l͛.
tiū/ dominꝰ in eis. Iſte currus indubitāter eſt eccleſia: de qua
diciꝉ. iiȷȷ. Regl. ȷȷ. b. Ecce currꝰ igneus: et equi ignei diuiſe/
rūt vtrūq̄. Et Danieꝉ. vȷȷ. c. Thronꝰ eiꝰ flāma ignis: ꝛ rote
eius ignis accēſus. Totꝰ igneus eſt currus iſte igne charita/
tis: De quo Lucl. xȷȷ. f. Ignē veni mittere ĩ terrā: ꝛ quid vo/
lo niſi vt accendaꝉ: Due rote huius currus/ ſunt due vite. ſ.
actiua ꝛ cōtemplatiua. Duo modioli duaꝝ rotaꝝ/ ſūt donū
ſapiētie ꝛ donū ſciētie. Primo modiolo voluiꝉ rota cōtēpla/
tionis: ſecūdo rota actiōis. Duo radȷ̄ in vtraq̄ rota de mo
diolis exeūtes/ ſūt dogmata ꝛ exempla patrū vtriuſq̄ teſta/
mēti. Cāti rotarum quibus radȷ̄ infixi ſunt: et ſua cōnexione
lutum diuidunt et terram calcant/ ſunt p̄dicatores: quoꝝ offi
ciū eſt lutū pctōꝝ ab animabꝰ diuidere (Iuxta q̄d dꝛ̄ Hiere.
xv. d. Si ſepaueris precioſum a vili q̄ſi os meū eris) et terre/
na ꝑ cōtemptū calcare. Axis qui rotas in ſe vnit ꝛ colligat ꝛ
vtriq̄ inſeriꝉ/ ꝛ totū currū portat ꝛ ſuſtinet/ chriſtꝰ dn̄s ē: qui
diciꝉ/ Eph. ȷȷ. c. lapis angularis: duos parietes. ſ. cōtempla/
tiuoꝝ ꝛ actiuorū in ſe cōſocians: et portās omnia verbo vir/
tutis ſue: vt legiꝉ Heb. ȷ. a. Circa hunc axē inuoluiꝉ vtraq̄
rota. Et ſi forte alterutra rota ab axe exierit: ipſa ruit ꝛ currꝰ
diſſoluiꝉ. Quattuor rotas inuenies/ ſi vtriq̄ teſtamēto duas
aſſignes: Chriſtū aūt dn̄m axē duplicatū: iuxta duas natu/
ras eius: vel iuxta

ras eiꝰ: vel iuxta duos modos affectiõis: quibꝰ vtriqꝫ teſtamento innotuit. ſ. ꝑ timorē ⁊ amorē. Per timorē em̄ veteri teſtamēto inotuit velut dñs: in nouo teſtamento nõ dñm/ ſed chriſtũ. i. vnctũ ſe exhibuit ꝑ amorē. Et ideo circa ipſũ tanqꝫ circa axē vnctũ/ vnctis modiolis/ fit rotarum reuolutio in nouo teſtamēto: et iõ velox eſt ⁊ facilis huiꝰ currꝰ tractio. Vñ Matth. xi. d. Iugũ em̄ meũ ſuaue ē: ⁊ onꝰ meũ leue.

a b Pulchre ſunt gene tue ſic turturis: collũ tuũ ſic monilia.

In veteri vero lege aridꝰ erat axis/ nõ vnctꝰ: et ideo cũ ſtridore ⁊ labore ⁊ tardo greſſu trahebatur currꝰ. Vñ ⁊ moyſes. xl. annis currũ iſtũ vix trahere potuit de egypto vſqꝫ ad ripas iordanis: vbi niſi ioſue ſubueniſſet. i. chriſtꝰ/ remãſiſſet currꝰ.
Ps. 141. Auriga illiꝰ currꝰ ē ſpũſſanctꝰ. Vñ Ps. ad dñm/ ait: Spũs tuꝰ bonꝰ deducet me i t̃rã rectã. Et heliſeꝰ ad heliã i typo ſpiritusſancti. iiij. Reg. ij. b. Pater mi/ pater mi: currꝰ iſrl' ⁊ auriga eiꝰ. Equi trahētes hũc currũ ſũt doctores ⁊ p̃lati: qui pectore ⁊ humeris. i. ſapia ⁊ patiētia/ ſiue vita ⁊ doctrina trahere deberent hũc currum/ alligati ad eũ funibꝰ officiorum ſuorum: quos auriga. i. ſpũſſanctꝰ/ nũc amoris ſtimulis/ nũc timoris flagellis incitat ad currendũ. Hi duo equi figurati ſũt. j. Reg. vj. c. ꝑ duas vaccas fetas: que arcam dñi de t̃ra philiſtijm vſqꝫ bethſamis ꝑduxerũt: ſic ibi dr: Ibãt in directũ vacce ꝑ viam q̃ ducit bethſamis: ⁊ vno itinere gradiebantur ꝑgentes ⁊ mugiētes: ⁊ non declinabãt neqꝫ ad dexterã neqꝫ ad ſiniſtrã. Ita olim. Sꝫ qualiter hodie ꝯ̃riũ oĩa fiũt/ ſatis i euidēti eſt: vt currꝰ pharaõis potiꝰ videatur eccl'ia qꝫ currꝰ dei. Fertur em̄ i ꝓfũdũ diuitiarum ⁊ delitiarum ⁊ etiã pctõrum/ ſubuerſis rotis: ⁊ ab axe ſeparatis: ſm qđ dr Exo. xiiij. f. Subuertit dñs rotas curruũ: ferebanturqꝫ in ꝓfundũ. Equi retrogradi hodie exercitu prepoſito eliguntur ad trahendũ currũ iſtũ. Facti ſunt q̃ p̃lati nr̃i ſunt/ retrorſũ ⁊ non i ante: ſic dr Hiere. vij. e. i. ſpũaliũ obliti/ ſola tp̃alia curãt. De aĩalibꝰ dr Ezech. j. c. Nõ reuertebantur cũ icederēt: ſ; vnũqđqꝫ añ faciē ſuã gradiebatur: Nũc vero põt dici: Vnuſqſqꝫ poſt dorſum ſuum graditur: ideo currus eccl'ie non progreditur: ſꝫ retrograditur: Quippe equi retrogradi ad poſteriora trahũt illũ. Solēt equi fortes eligi ad trahendos currus: nũc aũt nõ equi: ſed pulli equorum. i. nepotuli epõrum ad trahendũ currũ eccl'ie aſſumuntur: q̃ nec pectꝰ habēt nec humeros: ideo non eſt mirũ ſi remanet in luto currꝰ iſte. Itē ſolent eē equi curriles edomiti: nũc petulantes nimiũ ⁊ laſciui. Vñ Hiere. v. c. Eq̃ amatores i feminas: ⁊ emiſſarij facti ſũt: vnuſqſqꝫ ad vxorē ꝓximi ſui hinniebat. Itē. viij. c. eiuſdē: Oẽs cõuerſi ſũt ad curſũ ſuũ: quaſi equꝰ impetu vadēs ad p̃lium. Scđm hoc põt legi per indignationē: Equitatui meo in curribꝰ pharaonis/ exiſtēti/ aſſimilaui te. i. aſſimilari te ꝑmiſi: amica mea/ que amas ⁊ amaris currus dei eſſe. Vel exiſtere dicitur in curribꝰ pharaonis: qꝛ ſimilis factus eſt eis in equis: vt dictũ ē: ⁊ i ornatu ſuꝑfluo phalerarum. Verũtamē habet eccl'ia ⁊ ornatũ ſuũ neceſſariũ. Verbi cauſa. Frenũ laudis diuine: de quo Eſa. xlviij. b. Laude mea ĩfrenabo te ne intereas. Et hoc frenũ ſemꝑ deberet eccleſia geſtare i ore ſuo: qđ ⁊ clerꝰ tã clauſtralis qꝫ ſecularis: ſic ipſamet ꝑ pſalmiſtã dic:
Ps. 33. Bñdicaꝫ dñm in omi tp̃e: ſemꝑ laus eius in ore meo. Et hoc freno deberet duci ⁊ regi totũ corpus eccl'ie: ſicut dr Iaco. iij. a. Huic freno ãnexe ſunt phalere: q̃ caput ⁊ collũ eq̃. i. eccl'ie ornãt. Caput. i. cetũ p̃latorum: collũ. i. cetũ doctorum. Phaleras iſtas dico dogmata doctrinarum ⁊ exēpla virtutũ: qbꝰ debeant p̃lati eccl'ie et doctores relucere. Pectorale qđ fluxũ ſelle ad poſteriora ꝓhibet et pectꝰ eq̃ exornat eſt ſapia p̃latorum: q̃ poteſtatē eccl'ie ad tp̃alia nõ patitur extēdi. Sella cui chriſtꝰ iſidet ſeu p̃ſidet/ eſt ipſa auctoritas/ ſiue poteſtas eccl'ie. Indoctos armigeros hꝫ chriſtꝰ: qꝛ nõ tanqꝫ equũ: ſed ſicut aſinũ ſellãt eccleſiã: dũ poteſtatē eccl'iaſticã i poſteriora extēdũt: mutatis anterioribꝰ ⁊ deſertis. i. ſpũalibꝰ. Poteſtas em̄ i tp̃alibꝰ ſella eſt: in poſterioribꝰ rupta ē: imo nullũ ē pectorale eccl'ie qđ ſic ſellã eiꝰ ꝑmittit ad poſteriora dilabi. Figura em̄ huiꝰ tp̃is fuit: ꝙ dñs nõ equũ ſ; aſinũ equitauit. Figura ē etiã ꝙ quidã monachi cluniacenſes. ſ. officiales ꝓ pectorali poſtelã hñt. Quid em̄ hoc ſignificat/ niſi ꝙ poteſtas eorum nõ i ſpũalibꝰ ſꝫ in tp̃alibꝰ exercetur. Due cingule qbꝰ ſella equo aſtringitur/ ſũt ſtatuta eccl'iarum. Anterior cingula/ ſũt ſtatuta q̃ fiũt ꝓ ſpũalibꝰ cõſeruãdis: hec vix buccella vna clauditur/ ſꝫ laxa ſub eq̃ vagatur: qꝛ fidelitas eiꝰ ꝓ cuſtodia aĩarum nullo iuramēto firmatur. Cingula poſterior ſũt ſtatuta ꝓ tp̃alibꝰ ꝯſeruãdis: hec artiſſime omi genere firmaculorum ſtringitur. Inauditũ em̄ ē ꝙ a ſacerdote requiratur iuramentũ ꝓ aĩabꝰ fideliter cuſtodiēdis: ſed de firmaria penſiõe ſoluēda/ de ſeruãdo iure tp̃ali/ quãta diſtrictiõe iuramētũ/ aut etiã fideiuſſoria cautio requiratur: nemo ignorat. Itē de ſella huius eq̃. i. de poteſtate eccl'iaſtica q̃liter a poſteriori ornetur: ⁊ ab anteriori inornata ⁊ nuda relinquatur: patet omibꝰ. Aduocati em̄ ſunt ornamēta poſteriora huiꝰ ſelle: Viri ſpũales ſunt ornamēta anteriora: Strepe q̃ a ſella depēdēt ſũt obediētie i ſpũalibꝰ: ⁊ hec ē dextra ſtrepa: ⁊ obediētia in tp̃alibꝰ: hec ē ſiniſtra ſtrepa. Qr ergo ꝑ ſiniſtrã ſtrepã ſuꝑ equũ aſcēditur/ figura ē huiꝰ eq̃/ ſuꝑ quē nullꝰ hodie aſcēdit p̃latꝰ niſi per ſapiētiã tp̃alē/ aut poteſtatē ſecularē. Recte ergo dic ſponſꝰ: Equitatui meo. i. equo meo: in curribꝰ pharaonis aſſimilaui te amica mea. i. ſimilitudinē eq̃ mei oñdi tibi i curribꝰ pharaonis. Sequitur. a Pulchre ſũt gene tue ſic turturis: ⁊ collũ tuũ ſic monilia. Qm̄ ſpõſa nigrã ⁊ fuſcã atqꝫ decoloratã ſe tãta hũilitate cõfeſſa fuerat: ideo ſpõſus pulchritudinē eiꝰ hic deſcribit: incipiēs a genis/ vbi pulchritudo mlr'is maxie apparet. Qđ a myſterio ñ diſcrepat: Gene em̄ auribꝰ cõtigue ſũt: ꝑ q̃s totꝰ decor virtutũ ſpõſe ifunditur: Nã fides ex auditu: Ro. x. c. Eodē mõ ⁊ alie virtutes. Genas aũt eccl'ie myſtice dicimꝰ p̃dicatores. Nã ſic in genis deformitas aut pulchritudo mlr'is ꝯſiſtit: ita tota pulchritudo eccl'ie vel deformitas in p̃dicatoribꝰ denotatur. Genis aũt turturis aſſimilantur gene eccl'ie: qꝛ turtur amiſſo cõpare ſuo/ nulli alij aſſociatur/ gemitũ hꝫ ꝓ cantu/ ſoliuaga ſemꝑ ſedet: Sic ſancta eccl'ia viduata a ſpõſo. i. ſeꝑata p̃ſentia corpali/ nullũ extraneũ admittit ꝯſortiũ: ꝓmiſſe fidei caſtitatē itegerrime ꝯſeruãs: ꝓ ſuis ⁊ aliorum pctis ſemꝑ gemit/ ſola ſedet. Vñ Ps. Ecce elongaui fugiēs Ps. 54.
⁊ mãſi i ſolitudine. Itē: Quis dabit mihi pēnas ſic colũbe ⁊ volabo ⁊ requieſcã? Itē Hiere. xv. d. Solꝰ ſedebã qm̄ amaritudine repleſti me. Dicũtur etiã p̃dicatores gene eccl'ie: qꝛ cibũ ſancte ſcp̃ture maſticãt ⁊ cõterũt ⁊ cõminuũt: ⁊ ſic eũ auditoribꝰ cõmeſtibilē reddũt. Dicuntur etiã collũ eccleſie. Collo em̄ verba ꝓferũtur: cibꝰ i corpꝰ nutriēdũ traijcitur: mēbra ſiue corpꝰ capiti vniũtur: Sic ſancti p̃dicatores/ verbũ eruditiõis ꝓferũt: cibũ ſalutis i corpꝰ eccl'ie trãſfũdũt p̃dicãdo: ipſũ corpꝰ eccl'ie chriſto capiti ꝯuertēdo ꝯiũgũt. Ipſi etiã p̃dicatores monilibꝰ cõparantur: qꝛ pulchris moribꝰ pectꝰ ſpõſe verbis muniũt ⁊ exemplis: ⁊ claudũt ne adulter. i. diabolꝰ manũ ſuã inſerat iniq̃ ſuggeſtiõe/ aut hereticorum deceptiõe. Vel ſic ꝯtinua: Aſſimilaui te eq̃tatui meo amica mea: ⁊ iõ pulchra es: Et reuera pulchra: nã/ b Gene tue. i. p̃dicatores tui: pulchre/ ſunt fide ⁊ moribꝰ: ſic turturis/ gene: q̃ nõ pilos habēt ſꝫ plumas q̃ veſtigiũ aquarum nullũ retinēt: ſꝫ adiuuãt ad volatũ: in q̃ ſignificatur ꝑfecta abrenũciatio mũdi: ⁊ mũdicia cordis: ⁊ decor virtutũ: q̃ maxie i p̃dicatoribꝰ requiruntur. c Collũ tuũ. i. p̃dicatores ⁊ doctores tui: d Sic monilia. i. ornãt eccl'iã/ ſic monile pectꝰ virginũ. Vel ſũt/ ſic monilia. i. ſapiētiã ⁊ bona opa ſimul habētes. In monili em̄ lapis ſiue gēma ifigitur auro: ⁊ i p̃dicatiõe ſimiliter cũ verbo doctrine debet eſſe exēplũ bone vite: alioquin inutilis eſt doctrina. Nam qđ doctrina cõſtruit/ vita deſtruit. Eccl'i. xxxiiij. d. Vnꝰ edificãs et vnꝰ deſtruēs: quid ꝓdeſt illis niſi labor? Vnꝰ orãs ⁊ vnꝰ maledicēs: cuiꝰ vocē exaudiet dominꝰ? Moraliter. Facies ſponſe ē intentio: Due Moraliter
gene/ res ⁊ cauſa. i. qđ intēdit: ⁊ ꝓpter quid ⁊ cui. Ex his duobus vel decor vel deformitas anime indicatur. Hypocrita vnã genam tm̄modo pulchrã habet aperte: malus neutrã: ſponſa vero vtrãqꝫ: qꝛ et bonũ eſt qđ intendit et cauſa bona: Et ideo dicitur ei: a Pulchre ſunt gene tue ſic turturis: id eſt quo nulla duplicitas ⁊ vera ſimplicitas. Sed qꝛ ſponſa poſſet dicere ſponſo: Vere pulchra ſum: vt dicis: ſed non habeo vñ poſſim ſeruare pulchritudinē meã: Ideo ſubdit ſpõſus.

a Murenulas aureas.i.ſcripturaꝝ ſentētias: vl' q̄ſlibet bonas inſtitutiōes/auro ſapiētię interi⁹ reſplēdētes. b Faciem⁹ tibi/ego ⁊ pr̄ ⁊ ſpūſſanct⁹: vel ego/⁊ coadiutores mei apl̄i ⁊ apl̄ici viri: c Vermiculatas argēto.i.diſtinctas ⁊ variatas nitore ſacri eloquiȷ̄/iuxͣ capacitatē ſingulorꝝ.q.d. ſponſus: Contuli tibi pulchritudinē grē: cōferam et auxiliū ſacrę ſcripturę: ex q̄ p̄cepta ⁊ cōſilia ⁊ inſtitutiōes et exēpla ſctōꝝ/quib⁹ vitam tuā oīo poteris elicere. Scriptura eñ miniſtrat oīb⁹ p̄cepta: pfectis conſilia: paruulis lac: adultis ſolidū cibum. Alia trāſlatio habet ſic: Similitudines auri fabrefaciemus tibi cū diſtinctiōib⁹ argēti: quouſq; rex in accubitu ſuo ē. Et ē ſenſus: Pulchra es amica mea: ſic dixi: tñ aurū.i. faciē meā nō poteris videre in p̄ſenti vita: ſic dictū ē moyſi: Exo.xxxiij.d. ſed ſimilitudinem auri.i. cęleſtis ſiue diuinę claritatis p illumiatiōnē ſcripturaꝝ: ⁊ h̄ p ſpeculū in ęnigmate.j. Cor.xiij.d. donec oīb⁹ appareat manifeſte: q̄ nūc latet abſcōdit⁹ i deitate. Murena piſcis ē long⁹ ⁊ rotūd⁹: p quē chriſti ęternitas/⁊ eccl'ię lōganimitas deſignanꝶ. Murena etiā ornamētū ē: p qḋ ſacra ſcriptura deſignaꝶ. Inde murenulę diminutiuū/catenę quib⁹ monilia collo liganꝶ: ⁊ ſignificant ſpūalē intelligentiam/⁊ vitę mundiciam: per quę ſacra ſcriptura collo eccl'ię.i.p̄dicatorib⁹ alligata ē. In auro ſpūalis intelligētia accipiꝶ: i argēto vitę mūdicia. Signāter autē dicit: murenulas aureas/⁊ nō dicit argēteas/ ſed argēto vermiculatas: q: intelligētia pōt eſſe pura ſine errore: ſ; vitę mūdicia in hac vita ſine pctō nunq; ē. Vñ .j. Joh.j.d. Si dixerim⁹ qm̄ peccatū nō habem⁹/ noſmetipſos ſeducim⁹ ⁊ v̄itas in nob nō ē. Eſt igiꝶ ſenſus: a Murenulas aureas faciem⁹ tibi v̄miculatas argēto.i. vitę mūdiciā ⁊ ſpūalē intelligētiā cōferem⁹ tibi/quib⁹ ſacra ſcp̄tura collo tuo firmiꝶ alligeꝶ. Et hoc ē qḋ dicīꝶ Hiere.xxxj.f. Poſt dies illoſ dicit dñs: dabo leges meas in viſcerib⁹ eoꝝ: ⁊ in corde eoꝝ ſcribā

Aliter illas. Vel aliꝶ: Per murenulas aureas/argēto vermiculatas deſignaꝶ fides diuinitatis chriſti/ quę p aurū accipiꝶ: ⁊ fides hūanitatiſ chriſti/q̄ p argentū itelligiꝶ. Chriſt⁹ eñ p electrū figuraꝶ: Ezech.j.b. qḋ fit ex auro ⁊ argēto. Or aūt pluraliꝶ dr̄/ faciem⁹: vox ē ſodaliū/ nō ſpōſi: q̄ ſpōſę murenulas aureas ⁊ argēto vermiculatas faciūt: qñ fidē diuinitatis ⁊ fidē hūanitatis p̄dicāt. Scōm hoc ſic cōtinua: O ſpōſa tu oras ſpōſum tuū vt indicet tibi/vbi paſcat/vbi cubet in meridie: ne vagari icipias poſt greges ſodaliū ei⁹.i. hęreticorū: Ecce exaudita ē oīo tua: Nos miſſi ab eo: Murenulaſ aureas faciem⁹ tibi v̄miculatas argēto.i. docebim⁹ te q̄d de diuinitate ei⁹/q̄d de humanitate ſentire debeas: vt iā errare nō poſſis. Sequiꝶ. d Dū eēt rex i accubitu ſuo: nard⁹ mea dedit odorē ſuū. Vox ē ſpōſę/ñ ad ſpōſū ſ; ad ſodales ſpōſi: vl' ad adoleſcētulas ſuas/loquētiſ ⁊ recognoſcētiſ ſpōſi bñficia ab eo accepta: ⁊ q̄ deuotiōe ſuſcępit ea: ⁊ quātū pfecerit i eis oſtēdētis. Vñ dic: O ſodales ſpōſi mei: o adoleſcētulę meę: audiſtis quāta fecit mihi ſpōſus me⁹: audite ⁊ q̄d ego p eo fecerim: d Dū eſſet rex.i. ſpōſus me⁹ qui regit oīa: e In accubitu ſuo.i. in vtero beatę v̄ginis: vel in patibulo crucis: vel i ſinu patris poſt aſcēſionē: f Nard⁹ mea.i. hūilitas mea/vl' charitas mea. Vtraq; eñ virt⁹ p nardū/q̄ ē herba hūilis ⁊ calida deſignaꝶ. g Dedit odorē ſuū.i. bonā opinionē/ implēdo mādata ⁊ cōſilia ei⁹.q.d. ſponſa: quia pro me nat⁹ ē ſpōſus ex muliere/paſſus i cruce/ſpem cōtulit mihi

Aliter p aſcēſionē: eum ideo diligo/⁊ mādata eius obſeruo. Vel ſic: d Dū eſſet rex i accubitu ſuo.i. i ſinu patris/nōdū fact⁹ viſibilis: f Nard⁹ mea.i. dilectio ſpōſi/q̄ dr̄ mea: q: mihi vtilis ⁊ neceſſaria. g Dedit odorē ſuū.i. ſui odoriferā noticiā/carnē aſſumēdo: quo odore reſpſus ē tot⁹ mūd⁹: ⁊ q̄tq̄t ęgroti ſenſerūt illū odorē.i. incarnationē et crediderūt/ſanati ſunt. Vñ Matth.iiij.d. Et abiȷ̄t opinio ei⁹ i totā ſyriā: ⁊ obtulerūt ei oēs male habētes variȷ̄s lāguorib⁹ et tormētis cōp̄henſos: ⁊ q̄ demonia habebāt ⁊ lunaticos ⁊ palyticos: ⁊ curuit eos. De h̄ odore dr̄ Geñ.xxvij.d. Ecce odor filiȷ̄ mei

a b Murēnulas aureas faciēm⁹ tibi: vermiculataſ argēto. c d e f g Dū eēt rex i accubitu ſuo: nard⁹ mea dedit odorē ſuū.

ſicut odor agri pleni cui bñdixit dñs. Et.ij. Cor.ij.d. Deo grās q̄ ſemp triūphat nos in chriſto ieſu: ⁊ odorē noticię ſuę manifeſtat p nos in omni loco. Eſt igiꝶ ſenſus: d Dū eſſet rex i accubitu ſuo ⁊c̄.i. cū eſſet pr̄i ęq̄lis dei fili⁹/ ppꝶ nimiā charitatē ſuā q̄ dilexit nos/fact⁹ ē fili⁹ paupculę mlieris. Vñ.j. Joh.iiij.b. In hoc ē charitas dei/nō q̄ nos dilexerim⁹ deū ſed qm̄ ipſe prior dilexit nos: ⁊ miſit filium ſuū ppitiatorē p peccatis nr̄is. Vl' ſic: d Dū eēt rex i accubitu ſuo.i. chriſt⁹ in gl'ia ſua/ad dexterā patris poſt aſcēſionē: f Nard⁹ mea dedit odorē ſuū.i. minor eccl'ia/ vel ſanctoꝝ hūilitas/vel gen⁹ hūanū p crucē redēptū et ſanguīe chriſti calefactū: dedit exercitationē bonoꝝ opeꝝ: vñ opinio bonę famę. Vl' dedit odorē ſuū.i. efferbuit oē ei⁹ deſideriū eūdi poſt ipſū. Vñ ⁊.s. dixit: Trahe me poſt te. Vl' ſic: d Dū eſſet rex i accubitu ſuo.i. chriſt⁹ in mēſa in domo laçari/ aut i ſepulchro: f Nard⁹ mea.i. maria magdalena hūiliſ ⁊ deuota: g Dedit odorē ſuū.i. fracto alabaſtro/fudit vnguētū ſuū. Vñ Joh.xij.a. Añ ſex dies paſchę venit ieſus bethaniā vbi laçar⁹ fuerat mortu⁹/quē ſuſcitauit ieſus. Fecerūt aūt ei cęnā ibi: ⁊ martha miſtrabat: Laçar⁹ v̄o vn⁹ erat ex diſcūbētib⁹ cū eo. Maria ḡ accepit librā vnguēti nardi piſtici p̄cioſi/ ⁊ vnxit pedes ei⁹/⁊ capillis ſuis extersit/⁊ dom⁹ impleta ē ex odore vnguēti. Ecce totū qḋ dr̄ h̄: Dū eēt rex i accubitu ſuo: nard⁹ mea dedit odorē ſuū.i. cū chriſt⁹ cęnaret i domo laçari/maria fracto alabaſtro/effudit vnguētū. Vl' ſic d Dū eēt rex i accubitu ſuo.i. i excelſo habitaculo ſuo: f Nard⁹ mea dedit odorē ſuū.i. v̄go maria hūilitatis ſuę effudit deuotionē: q̄ vſq; ad celos aſcēdit ⁊ dei filiū vſq; ad ꝶrā inclinauit. Vñ Ps. In altiſ hītat ⁊ hūilia reſpicit i cęlo ⁊ i ꝶra. Quid igiꝶ aliud ē: Dū eſſet rex i accubitu ſuo: nard⁹ mea dedit odorē ſuū: vt i pſona beatę v̄ginis loquaꝶ ſpōſa: niſi cū eēt dei fili⁹ i excelſo hītaculo ſuo/ reſpexit hūilitatē ancillę ſuę: Nō dic ſapiētiā/aut pulchritudinē/ aut nobilitatē/aut etiā v̄ginitatē: ſ; reſpexit hūilitatē. Neq; eñ cedr⁹ aut cypſſ⁹/aut q̄uis arbor alta: ſ; ſola nard⁹ dedit odorē ſuū. Regē noīat/nō ſpōſū: q: nōdū nuptię factę erāt i chana galilęę.i. i vtero beatę v̄ginis. Eſt igiꝶ triplex accubit⁹ ſpōſi. Prim⁹ i vtero v̄ginis marię. Secūdus i patibulo crucꝭ. Terti⁹ in ſolio pr̄is. De p̄mo dr̄ Ezech.xliiij.a. Porta hęc clauſa erit p̄ncipi: Princeps ipſe ſedebit i ea vt comedat panē corā dño. De ſcdo dr̄ Geñ.xlix.c. Iſachar aſin⁹ fortis accubās inꝶ termioſ: vidit requiē q̄ eēt bōa: ⁊ ꝶrā q̄ eēt optia: ⁊ ſuppoſuit humeꝝ ad portādū. Iſachar iterp̄taꝶ merceſ: ⁊ ſignificat chriſtū: q̄ ē merceſ fideliū. Vñ Ps. Filiȷ̄ merceſ fruct⁹ vētris. Et Geñ.xv.a. dixit dñs ad abraā: Ego ſū merces tua magna nimiſ. Hic vidit requiē ęternā q̄ eēt bona: ⁊ ꝶrā viuētiū q̄ eēt optia: ⁊ ſuppoſuit hūeroſ cruci ad portādū pctā nr̄a. Et ſic accubuit inꝶ termios: hoc ē inꝶ cęlū ⁊ ꝶrā/i ſe recōciliās ima ſūmiſ. De tertio dr̄ Apoc.iij.d. Qui vicerit dabo ei ſedere mecū in throno meo: ſic̄ ⁊ ego vici ⁊ ſedi cū patre meo i throno ei⁹. In p̄mo nard⁹ dedit odorē hūilitatis. In ſecūdo myrrha deleuit putredinē vetuſtatis. In tertio botr⁹ emiſit vinū ſpūalis iocūditatꝭ. Eſt aūt triplex hūilitas. Primā parit v̄itas i corde ex ſui cognitiōe. Secūdā facit ſāctitas i opere ex cōtēptu mūdanę gl'ię. Tertiā format charitaſ in ſuſtinētia opprobrioꝝ ex ſpe remunerationiſ diuię. De p̄ma dic Dauid: Ego ſū v̄mis ⁊ nō hō. Secūdā oñdit dauid/cū ſaltaret corā arca dñi.ij. Reg.vj.c. Tertiā oñdit/cū malediceret a ſemei: ij. Reg.xvj.c. ⁊ dixit: Dimittite eū vt maledicat iuxta p̄ceptū dñi: ſi forte reſpiciat dominus afflictionē meā: et reddat mihi bonū p maledictiōe hac hodierna. Similiter ē triplex accubitus ſponſę ſiue conuiuiū. Primū eſt corporū ad comparandā fortitudinē naturę. Secūdū eſt animaꝝ ad cōſolandam eſuriem ⁊ ſitim iuſticię. Tertiū angelorū ad ſatietatē cū magna dulcedinis mltitudine. Primo vtunꝶ ſerui. In ſecūdo comedunt amici. In tertio inebrianꝶ chariſſimi. In figura horū triū legimus chriſtū cōuiuia celebrantē cum diſcipulis ſuis. Primū autē

Eph.2.a. — Al. Rom. B — Ps.11. — Triplex accubitus — Ps.114. — Triplex humilitas — Ps.21. — Triplex conuiuiū

a Faſciculus myrrhe dilectꝰ
b meꝰ mihi/ intˀ vbera mea cō/
c morabitˀ. Botrꝰ cypri dilectꝰ
d meꝰ mihi/ i vineis engaddi.

ſuis. Primū ante paſſionē i cena: Matth.xxvj.b. Secūdū ante aſcenſionē in cenaculo: Actꝫ.j.a. Tertiū celebrabit cum omnibꝰ electis poſt generalē reſurrectionē in glīa. Eſa.xxv.c. Faciet dn̄s exercituū in mōte hoc cōuiuiū pinguiū: cōui/uiū vindemie defecate pinguiū medullatoꝝ. Qui ſunt i pmo cōuiuio diſcumbūt in nouiſſimo loco ꝑ hūilitatē: qꝛ ſe indignos reputāt: ſicˀ docet dn̄s Lucꝫ.xiiij.b. Cū inuitatꝰ fueris vade et re/cūbe in nouiſſimo loco. Qui ſunt i ſecūdo/ diſcūbūt i medio loco ꝑ veritatē/ q̄ ſpernentes vniuerſa trena anhelāt celeſtia. Qui i tertio ſunt/ diſcūbunt in pmo loco cū dn̄o cōuiuij: ſm meriti dignitatē. Vn̄ Matth.viij.b. Multi ab oriēte ꝛ occidēte venient ꝛ recūbent cū abraā/ yſaac ꝛ iacob in regno celoꝝ. Quātū gaudiū creditis ſit in illo ꝯuiuio: vbi pax ꝛ ſecuritas: ꝛ vbi nihil deficiet: vbi oīa abūdabūt: vbi nullꝰ extraneꝰ: nul/lus maliuolꝰ. Beatꝰ inqt Lucas.xiiij.d. q̄ māducabit panē in regno dei. Sequitˀ: a Faſciculꝰ myrrhe dilectus meus mihi/ inter vbera mea cōmorabitˀ. Beneficiū incarnatiōis recoluit ſpōſa.ſ. vbi dixit: Cū eſſet rex ꝛc. Nūc bn̄ficiū paſſiōis cōmemorat/ dicēs: a Faſciculꝰ myrrhe dilectus meꝰ: q̄ etiā amicꝰ mihi amāti: mihi paſſionē ei/ imitāti. b Int vbera mea.i.i pncipali cordis mei. c Cō/morabitˀ/ vſqꝫ in finē. Et ſumma eſt: tota cōgeries tribula/tionū ꝛ paſſionū dilecti mei/ q̄s ꝓ ſalute mea ſuſtinuit: nūq̄ꝫ a memoria mea excidet. Myrrha eſt arbor arabie/ quiqꝫ cu/bitoꝝ altitudinis. Myrrha etiā dicitˀ gutta ab ea emanās/ vi/ridis ꝛ amara: que ſponte manat/ ꝑcioſior eſt: que aūt ꝑ inci/ſionē corticꝫ/ vilior: ſed vtraqꝫ ſalubris ē infirmis. Vn̄ ꝛ dn̄s in paſſiōe quā ꝓ ſalute magni egroti.i.totiꝰ mūdi ſubijt/ vinū myrrhatum a militibꝰ accepit: Marci.xv.b. Ideo nomine myrrhe/ mors chriſti ſiue paſſio deſignatˀ. Faſciculus ḡ myr/rhe factꝰ ē ſpōſus: qn̄ in cruce myrrha eſt potatꝰ: qn̄ de cruce ablatꝰ/ myrrha ꝛ aloe plinitꝰ ē: Joh.xix.g. Faſciculū aūt nō faſcē dicˀ ſpōſa dilectū ſuū ſibi: qꝛ leue ꝓ amore eiꝰ ducit q̄c/q̄d laboris iminet ꝛ doloris. Bn̄ faſciculꝰ: qꝛ paruulꝰ natus eſt nobis: Eſa.ix.b. Bn̄ faſciculꝰ: qꝛ nō ſūt cōdigne paſſiōes huiꝰ tpis ad futurā gloriā q̄ reuelabitˀ i nobis: Ro.viij.d. Id em̄ qḋ in pſenti eſt momētaneū et leue tribulatiōis nr̄e: ſupra modū i ſublime eternū glīe pondꝰ opatˀ i nobis.ij. Corinth.iiij.d. An n̄ faſciculꝰ: cuiꝰ iugū ſuaue ē ꝛ onꝰ leue: Matth.xj.d. Nō dico hoc: qꝛ leue ſit in ſe: imo durū ꝛ graue ſatis: Nō em̄ leuis ē paſſionis aſꝑitas/ mortis amaritudo: ſꝫ tn̄ leuis eſt amāti. Vn̄ nō ſimplicitˀ ait ſponſa: Faſciculꝰ myrrhe di/lectus meꝰ: ſed addidit/ mihi/ quē diligo. Vn̄ ꝛ dilectū no/minat/ mōſtrans vim amoris omnē amaritudinē et moleſtiā ſuꝑare. Vn̄ dicˀ beatꝰ Bern̄. Erit qn̄qꝫ nobis ingens cumulꝰ glīe: q̄ mō ē faſciculꝰ myrrhe. Vbera ſpōſe ſuꝑ diximꝰ/ cōgra/tulationē et cōpaſſionē: iuxˀ illud Ro.xij.c. Gaudere cū gau/dentibꝰ/ flere cū flentibꝰ. Poſſumꝰ aūt melius iuxta ſenſū lit/tere/ ſpōſe vbera h̄ appellare gratitudinē ꝛ hūilitatē: q̄ maxie ſpōſum detinēt ꝛ delectāt. Eo em̄ ipſo q̄ꝛ nos tantis bn̄ficijs indignos ꝑ hūilitatē cognoſcimꝰ: ꝛ ꝑ gratitudinē grās agere non ceſſamꝰ: nobiſcū inſeꝑabilitˀ ꝛ delectabiliter ſpōſū retine/mus. Vn̄ dicit Prouer.viij.d. Delitie mee eſſe cū filijs ho/minū. Et ecōtrario nihil magis fugat ꝛ elōgat ſpōſum q̄ꝫ ſu/perbia ꝛ ingratitudo. Spōſa ḡ: qꝛ inter ꝓſpa verſatˀ ꝛ aduer/ſa/ hunc faſciculū mediū iter vbera ſua collocauit/ ne leta ex/tollant/ nec triſtia deijciāt. Vn̄ ꝛ beatꝰ Bern̄. fratribꝰ ſuis lo/quēs: et inducēs ꝛ exponēs hāc auctoritatē/ dixit: Tu quoqꝫ ſi ſapis/ imitaberis ſpōſe prudētiā: ꝛ hūc myrrhe tā carū faſci/culū de pncipali tui pectoris/ nec ad horā patieris auferri: vt poſſis dicere ꝛ tu: Faſciculꝰ myrrhe dilectꝰ meꝰ mihi inter vbera mea cōmorabitˀ. Et ego fratres ab inchoā/te mea ꝯuerſiōe ꝓ aceruo meritoꝝ/ q̄ mihi deeſſe ſētiebā: hūc mihi faſciculū colligare/ et inter vbera mea collocare curaui: collectū ex oībꝰ anxietatibꝰ ꝛ amaritudinibꝰ dn̄i mei: Primū ſcꝫ illaꝝ infantiliū neceſſitatū: deinde laboꝝ quos pertulit in ꝑdicādo/ fatigationū in diſcurrēdo/ vigiliaꝝ in orādo/ tēpta/tionū i ieiunādo: lachrymaꝝ i ꝯpatiēdo: iſidiaꝝ i colloquē/do: poſtremo ꝑiculoꝝ i falſis fratribꝰ/ cōuitioꝝ/ ſputoꝝ/ cola/phoꝝ/ ſubſānationū/ exprobrationū/ clauoꝝ: hoꝝūqꝫ ſimiliū q̄ in ſalutē nr̄i generis ſilua euāgelica copioſiſſime noſcitˀ ꝓ/tuliſſe: Vbi ſane inter tot odoriferę myrrhe huiꝰ ramuſculos minime ꝑtermittendā putaui/ etiā illā myr/rhā q̄ i cruce potatꝰ ē: ſꝫ neqꝫ illā q̄ vnctꝰ ē i ſe/pultura. In q̄rū pma applicuit ſibi meorum amaritudinē peccatoꝝ: in ſecunda futuram incorruptionem mei corꝑis dedicauit. Memoriā igitˀ abūdātie ſuauitatꝫ hoꝝ eructabo quoad vixero: in eternū non obliuiſcar miſeratiōes iſtas: qꝛ i ipſis viuificatꝰ ſū. Et ad h̄ hortatˀ nos ſpōſa cū dicˀ: Faſciculꝰ myrrhe dilectꝰ meꝰ mihi/ intˀ vbera mea cōmorabitˀ. Sequitˀ: c Botrꝰ cypri dilectꝰ meꝰ mi/hi i vineis engaddi. Quia dolore mortꝫ ſecutū ē gaudiū reſurrectiōis: iō ſponſa congrue poſt recordationē mortꝫ ſub/dit de reſurrectiōe/ dicēs: c Botrꝰ cypri dilectꝰ meꝰ mi/hi i vineis engaddi.q.d. nō ſolū intˀ vbera mea cōmora/bitˀ ſpōſus: qꝛ factꝰ ē mihi faſciculꝰ myrrhe i paſſiōe: verūetiā qꝛ factꝰ ē mihi botrꝰ cypri in reſurrectiōe. Factꝰ ē mihi cauſa letitie in reſurrectiōe: q̄ fuerat cauſa triſtitie i paſſiōe. Vtro/biqꝫ dilectꝰ nominatˀ: qꝛ totū factū ē officio charitatꝫ: Mortuꝰ eſt ꝓpˀ peccata nr̄a: reſurrexit ꝓpˀ iuſtificationē noſtrā: Ro.iiij.d. Cyprꝰ ē inſula abūdans bonis racemis/ vinū dulce fa/cientibꝰ: ꝛ florida botris: et ideo ſignificat reſurrectionē: in q̄ caro ſpōſi refloruit. Botrꝰ ē vua cū palmite: ex qua expmitˀ vinū letitie: et ſignificat chriſtū/ a q̄ oīs letitia ſpūalis ema/nat. Et hūc botrū olim exploratores i vecte tulerūt: Nūeri.xiij.c. choꝝ ꝓpheticū ꝑcedentē et aplicū ſubſequētē: mediū aūt chriſtū ieſū pulchro ſchemate figurātes. Engaddi ciui/tas ē eadē q̄ ꝛ hiericho: vbi abūdant palme: vbi olim fuit vi/nea balſami: quā poſtea cleopatra trāſtulit in babylonē. Ha/bet aūt engaddi duplicē interꝑtationē: ꝛ ambe vni intellectui ſeruiūt. Dicitˀ em̄ fons hedi: ꝛ ſignificat baptiſma gentiū: la/chrymas penitentiū: quia ꝑ hec fit ablutio peccatorū. Dicitˀ et oculus temptatiōis: qḋ et eccleſie bn̄ cōuenit: q̄ ſola illu/minata per gratiā/ tēptatiōes ꝑuidet inimici: Juxta qḋ dicit aplꝰs.ij. Corꝫ.ij.c. Nō ignoramꝰ cogitatiōes eius.i. ſatha/ne. Dicit ḡ ſponſa: c Botrꝰ cypri dilectꝰ meꝰ mihi.i. dilectꝰ meꝰ factꝰ ē m̄ dulcꝫ ꝛ floridꝰ reſurgēdo: q̄ fuerat mihi pus amarꝰ ꝛ marcidꝰ moriēdo. Qḋ apparet: d In vineis engaddi.i.i collectiōibꝰ gētiū ſeu q̄ꝛlibet pctoꝝ: q̄ de he/dis facti ſūt agni/ fōte baptiſmatis vꝉ lachrymaꝝ loti. Vꝉ ſic: Dilectꝰ meꝰ/ factus ē/ mihi/ credēti/ ſꝑanti ꝛ amāti eū: bo/trꝰ cypri.i. cauſa letitie. Ipſe dico habitās/ i vineis en/gaddi.i.i collectiōe eoꝝ q̄ temptatiōe floreſcūt. Et nota q̄ꝛ pulchro ordine breuitˀ q̄ttuor chriſti bn̄ficia ꝑcipua ꝯmemo/rauit ſpōſa: Rex i accubitu ſuo fuit/ i vtero ꝟginis exiſtēs: fa/ſciculꝰ myrrhe/ i cruce moriēs: botrꝰ cypri/ de morte reſurgēs: in vineis engaddi/ ſpm̄ ſanctū mittēs: Tūc ꝓprie vinū de bo/tro manauit: qḋ totā eccliā iebriauit. Moralitˀ Cyprꝰ iterꝑ/tatˀ meror. Botrꝰ/ floritio. Vn̄ alia trāſlatio ꝓ botrꝰ cypri/ hꝫ floritio merorꝫ: qꝛ illi ſoli erūt florētes cū eo i reſurrectiōe: q̄ fuerūt cū eo merētes i paſſiōe. Vn̄.ij. Timoth.ij.b. Fidelis ſermo: Nā ſi ꝯmortui ſumꝰ ꝛ cōuiuemꝰ: ſi ſuſtinebimꝰ ꝛ ꝯre/gnabimꝰ. Vinee engaddi/ vbi creſcit balſamꝰ/ cuiꝰ arbores ad modū vineaꝝ excolūtˀ/ ſūt vinee balſami: ſicˀ dicit Glo. Et ſignificāt clauſtra vbi ſilꝫ debēt eē/ ꝛ botrꝰ cypri/ ꝛ balſamꝰ engaddi.i. celꝰ diſtrictiōis: ꝛ ſuauitas māſuetudinis: qḋ ſignifi/cat arca teſtamēti: i q̄ ſilꝫ ꝛ ꝟga ꝛ māna fuerūt. Virga eq̄tatꝫ: ꝛ māna lenitatꝫ. Neutꝝ ꝑ ſe ſufficit ad ſalutē: Vn̄ ꝛ medēdis vulneribꝰ ſauciati/ ſamaritanꝰ ille euāgelicꝰ/ vinū ꝛ oleū ſup/fudit: Lucꝫ.x.f. dās normā rectoribꝰ: vt in ſanādis exceſſibꝰ ſbditoꝝ ſit pie ſeuiēs diſciplīa: ꝛ iuſte blādiēs miſcōia. Dicˀ ḡ ſpōſa: Botrꝰ cypri dilectꝰ meꝰ mihi i vineis engad/di/ vꝉ balſami.i.i clauſtris pie ſeuiēs: ꝛ iuſte blādiēs. Vꝉ/ botrus cypri ꝛc.i. in clauſtris: qꝛ ibi motio ꝯtemplatiōis me potat vberiꝰ: delectat ſuauiꝰ: inebriat vehemētiꝰ. Sequitˀ.

Moraliter

Ecce tu pulchra es

a ❡Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra:
oculi tui columbarũ. Vox eſt ſponſi/vicem laudis red/
dentis ſponſe. Laudauerat eñ ſponſa ſponſum eius/recolẽs
bñficia incarnatiõis/paſſionis/reſurrectiõis/ ſanctiſpũs miſ/
ſionis. Per primũ inuitata ad humilitatẽ: ꝑ ſecũdũ informa/
ta ad patientiã: ꝑ ter/
tiũ erecta ad ſpem: ꝑ
quartũ inflãmata ad
amorem. Vñ pulchra
effecta meruit audire:
Ecce tu pulchra
es amica mea: ecce tu pulchra: oculi tui colũbarꝝ.

a Eccẽ tu pulchra es amica
b mea: ecce tu pulchra: oculi
c tui columbarꝝ. Eccẽ tu pul/
d cher es dilẽcte mi ⁊ decor⁹.

Ecce/admiratiõis vox eſt: reliquũ cõmendationis. Iteratio
ṽo pulchritudinis/cõfirmatio eſt amoris: vel ſignũ duplicis
pulchritudinis/interioris.ſ.⁊ exterioris. Interior in virtute:
exterior cõſiſtit in cõuerſatiõe. Vel gemina pulchritudo ſpõ
ſe/eſt gemine charitatis affectus: vl' pulchritudo intellect⁹/q̃
eſt cognitio veritatis: ⁊ pulchritudo affectus/q̃ eſt amor bo/
nitatis: vl' fides/⁊ opatio: vl' hũilitas/⁊ inocẽtia: vt dic̃ beat⁹
Bern̄. Qui binari⁹ rariſſime inuenit̃: Rara eñ auis in ter/
ris: aut ſctitatẽ nõ ꝑdere: aut humilitatẽ ſctimonia ñ excludi.
Et iõ btã ṽgo q̃ vtrãq; retinuit: ſingularit̃ gr̃a plena: Luc.
j.c. Vl' iſta geminatio notat pulchritudinẽ vtriuſq; ꝑpl'i cõ/
uerſi: iudei.ſ.⁊ gẽtilis: vl' duplic̃ vite decorẽ/actiue.ſ.⁊ ↄtẽ/
platiue. Pertinet etiã iſta geminatio pulchritudinis ad duo
talẽta: q̃ ſ̃t ſciẽtia ⁊ opatio: vel ad duas ꝑtes iuſticie/q̃ ſ̃t de/
clinare a malo ⁊ facere bonũ: vl' ad ↄuerſationẽ clauſtraliũ ⁊
ſeculariũ: vl' ad regimẽ ꝑlatoꝝ/⁊ obediẽtiã ſubditoꝝ. Vl' ge/
minat̃ pulchritudo ſpõſe: ꝓpt̃ decorẽ ꝑnitẽtiũ ⁊ mũdiciã in/
nocentiũ: aut ꝓpt̃ cordis ſimplicitatẽ ⁊ corporis integritatẽ.
Dic̃ ḡ ſpõſus: a ❡Ecce tu pulchra es amica mea: que
amas ⁊ amaris: Ecce tu pulchra. Demõſtratio aduerbij
tria facit: admirationẽ i pulchritudine ſponſe: emulationẽ in
alijs: et notat ꝙ palam et in ꝓmptu eſt ſponſe pulchritudo.
Pronomẽ tu geminatũ/diſcretionẽ notat et ſignificãtiã. Et
ṽe pulchra: q̃r/ b ❡Oculi tui columbarꝝ.i.affect⁹ ⁊ inten/
tio ſimplex: ſine plica.ſ. erroris et praue delectationis. Hec
ſimplicitas oculoꝝ/totũ corpus eccl'ie pulchrũ reddit. Unde
Matth.vj.c. et Luc.xj.c. Si ocul⁹ tuus ſimplex fuerit: to/
tũ corpus tuũ lucidũ erit. Hec virt⁹ ꝑma eſt in laudib⁹ ſancti
Job.i.a. Job: Erat inq̃t vir ſimplex ⁊ rectus. Eſt igit̃ ſenſus: Ocu/
li tui columbarꝝ.i. deũ ſimpliciter intueris: q̃r nihil aliud
Decẽ ꝓprieta/ tes colũbe queris q̃ ipſũ. Vl' oculi ſpõſe ſũt doctores ⁊ ꝑdicatores: q̃ co
lũbe cõparant̃: ꝓpt̃ decẽ ꝓprietates colube q̃s ponit b̃ Greg⁹.
Colũba eñ felle caret: roſtro nõ ledit: in cauernis petrarꝝ ni/
dificat: alienos pullos nutrit: iuxta fluẽta manet: meliora gra
na eligit: ꝓ cantu gemitũ reddit: gregatim volat: alis ſe defen
dit: viſum nonies recupat. Sic ſancti ꝑdicatores ⁊ doctores
felle malicie carere debẽt. Roſtro detractiõis nullũ ledere de
bent. In cauernis petre nidificare debẽt.i.i vulnerib⁹ chriſti
Ps.103. ieſu refugiũ hr̃e. Ps. Petra refugiũ. Alienoſ pullos.i.pctõ/
res cibo ſacre eruditiõis debẽt nutrire. Iux̃ fluẽta ſapiẽtie ſꝑ
debẽt reſidere: vbi vmbrã accipitr̃.i.aſtutias demõiſ valeãt
ſibi ⁊ alijs docẽdo ꝑcauere. Grana meliora.i.ſi q̃s bonas ſẽ/
tẽtias i poetis vl' phis iuenerĩt/debẽt ad iformationẽ eccl'ie
eligere. Pro peccat̃ ſuis ⁊ alienis debẽt gemitum emittere.
Debẽt cũ homib⁹ cõuerſationẽ hr̃e: ⁊ eis i morib⁹ ↄformari.
Alis duab⁹.i. patiẽtia ⁊ ſcia vel ſapiẽtia ſe debẽt defendere.
He eñ ſunt due ale mulieris illi⁹.i. eccl'ie/q̃ date ſunt ei vt fu
geret in deſertũ: Apoc.xij.d. Vel alis.i.duobus teſtamẽtis.
Nouẽ genera temptationũ Viſũ nonies debẽt recupare: q̃r nouẽ ſũt genera tẽptationũ:
q̃b⁹ ſcti q̃ſi collyrio quodã puncti turbant̃ ad tẽp⁹: ſ; poſtea ꝑ/
ſpicaci⁹ vident. Prima ẽ lenta: q̃ q̃ſi cõtinue ⁊ paulatim aĩm
pulſat: ⁊ tanto ꝑiculoſior: quãto min⁹ ſentit̃. De hac dic̃ Job
xiiij.d. Lapides excauãt aq̃: ⁊ alluuione paulati t̃ra cõſumit̃.
Secũda ẽ dubia: q̃ animũ ita dubietatis nubilo inuoluit: vt
q̃d rectũ tenere debeat/diſcernere nequeat. De hac dr̃ Job.
xx.a. Idcirco cogitationes mee varie ſuccedũt ſibi: ⁊ mens
mea i diuerſa rapit̃. Tertia ẽ ſubita: q̃ iudiciũ rõnis ꝑuenit:
Ter. temptãtis ita ꝙ mens tẽptatiõis impetu ꝑuẽta tẽptatiõis iſidias ꝑui/
dere ⁊ ꝑcauere vix poſſit. De hac dr̃ Thren̄.iiij.d. Velocio/
res fuerẽt ꝑſecutores noſtri aq̃lis celi.i.ſpeculatiõibus animi.
Quarta ẽ occulta: q̃ facit vt res noxia in cõſiderationẽ nõ ad/
ducat̃: Vñ fit vt ibi negligam⁹ vbi ſolliciti eſſe debem⁹. Pro/
pter hãc dic̃ Job.xiij.d. Quãtas habeo iniq̃tates ⁊ pecca/
ta: ſcelera mea ⁊ delicta oſtẽde mihi. Quĩta ẽ violẽta: q̃ vires
hoĩm trãſcẽdit: vt vix
aut nũq; hũana indu/
ſtria ſentiri poſſit. De
hac dicit̃ Job.xxx.b.
Inſidiati ſũt mihi et
ꝑualuerũt: ⁊ nõ fuit q̃
ferret auxiliũ: q̃ſi rupto muro ⁊ apta ianua irruerũt ſup me: ⁊
ad meas miſerias deuoluti ſũt. Sexta ẽ fraudulẽta: q̃ animũ
ſeducit: ita vt dicat bonũ malũ: et malũ bonũ. Et de hac dr̃
Prouer.xiiij.b. Eſt via q̃ videt̃ homi recta: nouiſſima aũt ei⁹
deducũt ad mortẽ. Septima ẽ ꝑplexa: q̃ i vno eodẽq; tpe ani/
mũ varijs vitijs ita impedit/vt nõ iueniat aliq̃d refugiũ. De
hac dic̃ Job.xl.b. Nerui teſticuloꝝ eius ꝑplexi ſunt. Cõtra
iſtas ſeptẽ dicit eccl'ia: Septies i die laudẽ dixi tibi. Octaua Ps.118.
eſt timẽda: q̃ animũ ita timore occupat: vt bonũ aliq̃d aggre
di nõ audeat. Nona ẽ vana: q̃ aĩm de bñ factis extolli ſugge/
rit. Et de his duab⁹ dic̃ Ps. Scuto circũdabit te ṽitas ei⁹: Ps.90.
nõ timebis a timore nocturno: A ſagitta volãte i die pambu
lãte i tenebris: ab incurſu ⁊ demonio meridiano. Quinq; tem
ptatiões tãgit: ſ; tres vltime ſub eis q̃ ꝑdicte ſũt ↄtinent̃. Ti/
morẽ nocturnũ vocat temptationẽ timidã: q̃ bonũ aggredi
nõ ꝑmittit. Sagittã volantẽ in die/vocat tẽptationẽ vanã: q̃
de bonis actib⁹ ſuggerit gl'iari: vel appetere laudari: Sagitta
eñ volãs i die ẽ appetit⁹ laudis de bono ope. Negociũ pam/
bulãs in tenebris ẽ occulta tẽptatio: q̃ fuit q̃rta. Incurſus vl'
incurſio dr̃ tẽptatio violẽta: q̃ fuit quĩta. Demon meridian⁹:
ẽ fraudulẽta: q̃ fuit ſexta: in q̃ ſepe trãſfigurat ſe ſathanas i an
gelũ luc.ij. Cor.xj.c. Sequit̃: c ❡Ecce tu pulcher es ⁊c.
Mos eſt amãtium alt̃na collaudatiõe letari: alterũq; de alte
ri⁹ pulchritudine gl'iari. Siquidẽ cõis ẽ eoꝝ gl'ia: cõe gaudiũ
⁊ oia cõia. Vñ ſpõſa audita laudatiõe ſpõſi/gratulabũda vi/
cẽ illi reddit i laudib⁹/dicẽs: c ❡Ecce tu pulcher es. q.d. De pulchritudine ſpõſi
tu dicis me pulchrã: ſ; pulchritudo mea nõ eſt ex me: ſ; ex te.
Tu eñ ex te pulcher es: ego a te. Ego pulchra ſũ ꝑ gr̃az: tu
ꝑ naturã. Et h̃ẽ: c ❡Ecce tu pulcher es/naturalit̃ ſ̃m di/
uinitatẽ: d ❡Dilecte mi ⁊ decor⁹/ſ̃m humanitatẽ. Vel
pulcher es i ſolio patr̃: decor⁹ in m̃ris gremio. Pulcher oia
creando: decorus ꝑdita redimendo. Pulcher iuſtis gloriam
ↄferẽdo: decor⁹ ꝑnitẽtib⁹ veniã ⁊ idulgẽtiã tribuẽdo. Vel
pulcher ⁊ decor⁹ dr̃ ſpõſ⁹: q̃r pulchrã ⁊ decorã fecit ſponſã.
Pulchrã fecit i creatiõe: decorã i recreatiõe: Tũc eñ ſup cã/
dorẽ nature ruborẽ gr̃e ſupfudit: vt ſic ipe cãdid⁹ ⁊ rubicũd⁹ ẽ:
ſic ⁊ ipa. Vl' totũ refert̃ ad diuinitatẽ: q̃ ẽ pulcherrima veri/
tas: ⁊ ṽiſſima pulchritudo: q̃ eſt gaudiũ ⁊ gl'ia itellect⁹. Ipſa
eñ diuinitas ẽ pleniſſima bonitas: ⁊ optima plenitudo: q̃ eſt
decor ⁊ decor⁹ affect⁹. Pulcher ḡ refert̃ ad itellectũ: decor⁹
ad affectũ. Pret̃ hec aũt/q̃ttuor ſũt ⁊ alie ſpõſi pulchritudi/
nes: ꝓpt̃ q̃s eſt diligẽdus. Prima fuit in mortali corpe: De q̃ Ps.44.
dr̃ in Ps. Specioſus forma ꝑ filijs hoĩm. Secũda in trãſfi/
guratiõe: De q̃ dr̃ Matth.xvij.a. Trãſfigurat⁹ ẽ ieſus ante
eos: et reſplẽduit facieſ ei⁹ ſic̃ ſol: veſtimẽta aũt ei⁹ facta ſ̃t al/
ba ſic̃ nix. Tertia i reſurrectiõe/carne gl'ificata: De hac dr̃
Eſa.lxiij.a. Quis ẽ iſte q̃ venit de edom tict̃ veſtib⁹ de boſ/
ra. Iſte formoſ⁹ i ſtola ſua.ſ.i carne gl'ificata. Quarta i di/
uinitate: De hac dr̃ Eſa.xxxiij.c. Regem in decore ſuo vide/
bũt. In ꝑma dñſ nr̃az honorauit infirmitatẽ. In ſcda oñdit
future britudinis q̃litatẽ. In t̃tia exhibuit future icorruptiõiſ
ṽitatẽ. In q̃rta ꝑditã i adã reformauit imaginẽ. Habet ⁊ ſpõ De pulchritudine ſponſe
ſa q̃ttuor pulchritudines: ſic̃ ⁊ ſpõſus. Prima ẽ in corpis ca/
ſtitate: ſecũda i ↄſcie puritate: tertia i ext̃iori ↄuerſatiõe: q̃rta
in diuinoꝝ ↄtẽplatiõe. Et de his q̃ttuor dr̃ Thren̄.iiij.b. Cã/
didiores nazarei ei⁹ niue: nitidiores lacte: rubicũdiores ebore
antiq̃: ſaphiro pulchriores. Candor niuis deſignat mũdiciã
corpis: frig⁹ ṽo cordis refrigeriũ: Et h̃ duo ſũt i ꝑma pulchri
tudine. Candor lactis q̃d eſt cib⁹ puuloꝝ: ſignificat innocẽtiã
mẽt̃ ⁊ ↄſcie ſimplicitatẽ: Et h̃ duo ſũt i ſcda pulchritudine.
Candor eboris

Candoꝛ eboꝛis: qui ꝓceſſu tꝑis vertiꝛ in ruboꝛem/ ſignificat
innocentiā operis: ⁊ feruoꝛē charitatis: Et hec duo ſunt ī ter/
tia pulchꝛitudine. Saphirus coloꝛē habet celeſtiū/ ⁊ ſignifi/
cat cōtemplationē: q̄ eſt q̄rta pulchꝛitudo ſponſe. Cū ḡ tanta
ſit. ſ. xꝑi/ q̄ ſpōſi ⁊ ſpōſe pulchꝛitudo: quid reſtat niſi frui cupi/
tis amplexibꝰ/ oſculis delectari/ ſubire cu/
biculū: Et h forte notat demōſtratio huiꝰ
Lectus aduerbij/ ecce: q̄ſi dicat ſponſa: Pulchꝛa
ſum/ vt dixiſti: ⁊ tu pulcher es ⁊ decoꝛus:
et ideo nihil reſtat niſi vt demuſ oſcula: iū/
gamus amplexꝰ: intremꝰ lectulū. Nā/

a †Lectulus noſter floꝛidus:

a Lectulꝰ noſter
floꝛidꝰ/ eſt. i. iocūdꝰ ⁊ amenꝰ: ⁊ ideo ſancte copule celebrāde
idoneꝰ. Arguta inſinuatiōe inuitat ſpōſa ſponſū ad amplexꝰ:
Palā em̄ rogare erubeſcit/ verecundia muliebꝛi ſuffuſa. Tū
ſatis rogat/ que cauſas rogandi inſinuat: vt dicit Seneca.
Lectulꝰ diciꝛ tota eccleſia/ ī qua ſpōſus cū ſpōſa quieſcit bo/
nis opibꝰ delectatꝰ: ſicꝰ ipſe dicꝰ ꝑ Eſaiā. xxviij. c. Hec requies
Ps. 131. mea/ reficite laſſum. Et in Ps. Hec requieſ mea in ſeculū ſe/
o diciꝛ culi: hic habitabo q̄m elegi eā. Lectulꝰ vero diminutiue diciꝛ
ue ppt ꝓpter multas cauſas. Primo cōparatiōe imenſitatis ſponſi.
cauſas Ipſe em̄ eſt quē celū ⁊ celi celoꝝ cape nō poſſunt: vt dicit ſa/
lomon. iij. Reg. viij. c. Secūdo in cōparatiōe multitudinis
vocatoꝝ. Multi em̄ ſunt vocati: pauci vero electi: Matth. xx/
ij. b. Vn̄ diabolꝰ lectū habet in ſpacioſa multitudine repꝛo/
boꝛū: Chꝛiſtꝰ vero in bꝛeui numero electoꝝ habet lectulū. Vn̄
diciꝛ Eſa. xxviij. c. Coanguſtatū eſt ſtratū/ ita vt alter deci/
dat: ⁊ palliū bꝛeue vtrūq3 operire nō pōt. Tertio ſui opinio/
ne/ qua ſe ſemꝑ minuit. Vn̄ Gregꝰ. Hoc ꝓpꝛiū ſolet eſſe hūi/
liū: vt ſemꝑ de ſe ſentiat infra q̄3 ſint. Vox eſt oīm ſanctoꝛū
qd̄ dicꝰ Johes/ baptiſta: Joh. iij. d. Illū opoꝛtet creſcere: me
aūt minui. Quarto/ duos capere nō pōt. Spōſus em̄ ⁊ ſpō/
ſa vnū ſunt vnitate grē/ nō nature. Sicut diciꝛ. j. Coꝛ. vj. d.
Qui adheret deo/ vnus ſpūs eſt. Ad hoc facit elegāter illud
Eſa. xxviij. c. qd̄ mō diximus: Coanguſtatū eſt ſtratū: ita vt
alter decidat. i. oīs alter. i. quicūq3 amoꝛe ⁊ grā nō eſt ei vni/
tus: Et quodāmodo ipſe: ſicꝰ dicit q̄dā phꝰs: amicꝰ meus nō
eſt niſi alter ego. Hic lectulus floꝛidus eſt/ omni genere flo/
rū venuſtatꝰ: roſis. ſ. martyꝛū: lilijs virginū: violis cōfeſſoꝝ:
ſolſequijs monachoꝝ: hiacynthis cōtēplatiuoꝝ. Noſter aūt
diciꝛ lectulꝰ. i. cōmunis ſponſo ⁊ ſponſe. Bona em̄ opa/ ſpōſi
ſunt auctoꝛitate: ⁊ ſponſe/ miſterio. Itē filij ſpūales q̄ in hoc
lectulo generanꝛ ex aq̄ ⁊ ſpūſancto/ cōmuneſ ſūt. Sponſa em̄
generat ꝑdicādo/ baptiçādo/ ⁊ cetera ſacramēta miſtrādo: ſpō/
de clau/ſus ſus vero gratiā infundēdo. Aliter: Lectulus pōt dici vel intel/
ligi cetus clauſtraliū: vbi ſpōſus q̄ in turba ſeculariū laboꝛat
inceſſanter quieſcit ⁊ doꝛmit. Vn̄ Luc. x. g. Martha ſollita/
ri ⁊ turbari circa plurima deſcribiꝛ: maria vero ſedere ad pedeſ
dn̄i/ ⁊ audire vbū illiꝰ. Cetꝰ clauſtraliū lectulꝰ/ nō lectꝰ dr̄/ ꝓpꝛ
cauſas ꝑdictas: ⁊ q2 ſe coanguſtauere votis/ nō ꝯtēti cōmu/
nibꝰ mādatis/ obſtrinxere ſe artioꝛibꝰ ꝯſilijs: paupꝛtate ſe mi/
nuētes: diſciplinis attenuātes: multoꝝ licitoꝝ abdicatiōe mu
tilātes: ſenſū ꝓpꝛiū ⁊ volūtatē ꝓpꝛiā ꝑ obediētiā amputātes:
ſe alijs ſubijciētes: ſeipſos penitꝰ abnegātes ⁊ pene in nihilū
redigētes. Quā mutilationē ſeu diminutionē ſpūalē ſignifi/
cat mutilatio/ que eſt ī habitu monachoꝝ: quoꝝ calige ante/
Floccus pedalibꝰ carēt: cuculla/ manicis: †frocꝰ/ caputio. Recte ḡ ce/
tus clauſtraliū lectulꝰ ē. Sed ⁊ floꝛidꝰ ē roſis charitatis/ lilijs
caſtitatis/ violis hūilitatis. Noſter aūt diciꝛ. i. cōmunis oībꝰ
Moraliter obſequio pietatis: ⁊ beneficio hoſpitalitatis. Moꝛaliter:
a Lectulꝰ noſter floꝛidus. Lectulꝰ diciꝛ quieta cōſcīe/
tia/ ſanctis deſiderijs floꝛida. Lectulꝰ aūt diciꝛ/ ex illa coangu
ſtatiōe charitatis/ q̄ cogit alterū in alterū: non ſolū cū altero
eſſe: ſicut dr̄. j. Joh. iiij. c. Deus charitas eſt: ⁊ qui manet in
charitate/ in deo manet ⁊ deꝰ in eo. Et ex eo q̄ ſpōſus ⁊ ſpon
ſa cōtinuis ſe cōſtringūt amplexibꝰ. Nā aīa q̄ hmōi lectulū
habet/ bꝛachia charitatis nunq̄3 ab amplexibꝰ ſponſi laxat:
nec ipſa niſi inter bꝛachia ſponſi quieſcere poteſt. Unde. j. ij.
Aliter b. Leua eius ſub capite meo: ⁊ dextera eius amplexabiꝛ me.
Aliter: Lectulꝰ dr̄ gratia ſiue q̄es ꝯtēplatiōiſ: ī quo ſācta aīa
cū ſpōſo ſuo doꝛmit: reficiꝛ ⁊ quieſcit: amplexibꝰ ſponſi fruiꝛ:
⁊ oſculis delectaꝛ. Iſte lectulꝰ floꝛidus/ floꝛibꝰ celeſtiū gau/
dioꝝ/ habēs ī aſpectu venuſtatē: ī tactu lenitatē: ī odoꝛe ſua/
uitatē: hn̄ lectulꝰ dr̄/ ꝓpter modicitatē ⁊ charitatē ꝯtēplatiue
q̄etꝭ. Vn̄ Apocꝭ. viij. a. dr̄. Factū ē ſilētiū ī celo hoꝛa q̄ſi di/
midia. Nec etiā hoꝛa dimidia: ſed q̄ſi dimidia q̄es illa ꝯtem/
platiua cōcediꝛ: Vix em̄ ſūmitate labioꝝ incepto oſculo: nec
dimidiato/ ſed q̄ſi dimidiato/ ſponſus aut
ſua auolatione/ aut nr̄a diſtractiōe rapiꝛ et
diſpeꝛ: vt merito cogaꝛ dicere ſpōſa: Sur/
gā ⁊ circūibo ciuitatē ꝑ vicos ⁊ plateas: et
q̄rā quē diligit aīa mea. ꝭ. iij. a. Clamat
etiā cū petro: Dn̄e bonū ē nos hic eſſe: Matth. xvij. a. Sed
neſcit q̄d dicat: dicꝰ Lucas. ix. d. Neceſſariū em̄ ē exire ad lu/
cra ꝓpter ſaluādos. Beatꝰ Bern̄. de hac q̄ete dicꝰ: Felix hoꝛa
ſ3 beatioꝛ moꝛa. Aliꝛ: Lectulꝰ ē vterꝰ beate v̄ginis: in q̄ ſpon Aliter
ſus beatiſſimā copulā celebꝛauit: q̄ hūane nature dignatꝰ eſt
copulari. Lectulꝰ aūt dr̄ ⁊ nō lectus/ ꝓpꝛ hūilitatē. Et quāto
lectulꝰ fuit hūilioꝛ: tāto amplexꝰ iocūdioꝛ: ⁊ ſocietas īſepabi/
lioꝛ: et ipſa vnio vnitioꝛ/ vt ita dicā/ fuit. Et floꝛidꝰ lectulꝰ iſte
oīm floꝛū varietate: Ibi roſa excellētiſſime charitatꝭ: ibi liliū
ſingulariſſime caſtitatis: ibi viola oīmode hūilitatꝭ. Et q̄d di
cāꝰ: Hoꝛtꝰ ē ipſe q̄ dicit: Ego ſū flos campi ⁊ liliū cōualliū. ꝭ.
ij. a. Aliꝛ: Lectulꝰ pōt intelligi crux ipſa: in q̄ dn̄s iacuit ⁊ doꝛ Aliter
miuit: In q̄ lecto ſponſā ſuā. i. eccl̄iā amplexꝰ ē artiꝰ bꝛachijs
charitatis. Maioꝛē em̄ hac dilectionē nemo h3/ q̄3 vt aīam
ſuā ponat q̄s ꝓ amicis ſuis: Joh. xv. b. Et adhuc ī hoc lecto
ſpōſus ſponſā amplexaꝛ artiꝰ/ reficit opulētiꝰ ⁊ delectat ſua/
uiꝰ/ attendentē pie/ ⁊ recolentē deuote/ quātū ⁊ quāta chari/
tate ꝓ ea ꝑtulit ibi ſpōſus. Crux aūt lectulꝰ diciꝛ ⁊ nō lectus
ꝓpter paupꝛtatis anguſtiā. Nudꝰ em̄ ⁊ ſitibūdꝰ ibi iacuit. Tūc
vere dicere potuit: Coanguſtatum ē ſtratum: Eſa. xxviij. c.
Floꝛidꝰ vero dr̄/ nō ſolū q2 flos cāpi ⁊ liliū cōualliū exoꝛnauit
illū: ſ3 q2 ipſiꝰ ſpōſi ſāguīe rigatꝰ ad fructū nr̄e ſalutꝭ floꝛuit.
Spem em̄ ſalutis q̄ſi floꝛē iocūdiſſimū ibi dedit: cuiꝰ odoꝛe
totꝰ mūdꝰ reſpſꝰ ē. Aridꝰ aūt ⁊ hoꝛribilis erat an̄ lectꝰ iſte/ at
poſtq̄3 ei inſertꝰ eſt flos cāpi/ floꝛidꝰ factus ē: ⁊ q̄ ꝑus erat lo/
cus moꝛtis/ factꝰ eſt locꝰ vite. Lectulꝰ iſte ideo noſter dr̄: q2
de nr̄o fuit qd̄ ibi paſſꝰ fuit: ⁊ ꝓ nob paſſus fuit. Ergo adul/
terā indubitāꝛ ſe ꝯpꝛobat aīa: q̄ a lectuli huiꝰ cōione ſe repu/
tat alienā. Vn̄ Matth. x. d. Qui nō accipit crucē ſuā ⁊ ſeq̄ꝛ
me: nō eſt me dignꝰ. Lucꝭ. xiiij. f. Qui nō baiulat crucē ſuā ⁊
venit poſt me: nō pōt meꝰ eſſe diſcipulꝰ. Heb. xij. c. Si extra
diſciplinā eſtis/ adulteri ⁊ non filij eſtis. De h dicit ſephoꝛa
ad moyſen. i. eccl̄ia ad chꝛiſtū: Exo. iiij. f. Spōſus ſanguinū
tu mihi es. Pluraliꝛ dicꝰ/ ſanguinū: ꝓpꝛ ſanguinē paſſiōis/ q̄
effunditur per diſciplinam: ⁊ ſanguinem compaſſionis/ qui
effundiꝛ ꝑ miſc̄dīā: et imitatiōis/ q̄ ꝑtinet ad patientiā. Dicat
ḡ q̄libet fidelis aīa ſpōſo ſuo. i. chꝛiſto: Spōſus ſanguinū tu
mihi es: et in h lectulo crucis debitū coniugale reddat. Qui
in hoc lectulo nō doꝛmit. i. qui paſſionē dn̄i nō imitaꝛ/ nō pōt
dicere: Lectulus noſter floꝛidus. Glo. hunc lectulū in/
telligit pacē eccleſie: in qua floꝛes virtutū vernāt ⁊ redolent:
quaſi finita hyeme ꝑſecutionū/ que quaſi ventus vꝛens tene/
ros floꝛes eccleſie vꝛit ⁊ cōſumit. Alia Glo. lectulū iſtū intel/
ligit coꝛpꝰ humanū: qd̄ cum eſſet ſponſe ꝓpꝛiū/ ſibi fecit cō
mune ſponſus/ carnē in virgine/ ⁊ de virgine aſſumendo. In
hoc lectulo ſponſus cum ſponſa quieſcit: quādo caro ſpiritui
conſentit: ⁊ ſenſualitas rationi. Floꝛet autē lectulus iſte: cum
bona opera coꝛpis miniſterio fiunt. Floꝛet autē maxime per
continentiā ⁊ abſtinentiā ⁊ modeſtiā. Solet autem quadru/ Quadru/plex lectus
plex lectus hic diſtingui. Primus eſt ſoꝛdidus luxurioſoꝛū
malus. Secūdus ſolidus cōiugatoꝛū/ bonus. Tertius can/
didus continentiū melioꝛ. Quartus floꝛidus virginū/ opti/
mus. De ꝑmo diciꝛ Roma. xiij. d. Non in comeſatiōibus
⁊ ebꝛietatibus: non in cubilibus ⁊ impudicitijs. De ſecundo
Heb. xiij. a. Honoꝛabile connubiū in omnibꝰ ⁊ thoꝛus ima/
culatꝰ. De tertio diciꝛ Lucꝭ. xj. a. Noli mihi moleſtus eſſe:
iam oſtiū clauſū eſt: ⁊ pueri mei mecū ſūt in cubili: id ē bona
deſideria/ ⁊ bona opa in caſto coꝛde. Unde recte diciꝛ: candi/
dus lectꝰ iſte: q2 lotus lachꝛymis penitētie. Vn̄ Ps. Laua/ Ps. 6.
bo ꝑ ſingulas noctes lectū meū: lachꝛymis meis ſtratū meū
rigabo. De quarto dr̄ hic: Lectulꝰ nr̄ floꝛidus. Sequiꝛ.

Tigna domoꝝ

a tignā domorū nostrarū cē/
b drina: laquearia nostra ꝉ cy/
c pressina.
d E go flos cāpi: Ca.II.

a Tigna domorū nostrarum cedrina: laquearia
nostra cypressina. Sicut supra inuitauit sponsa sponsum
ad quietē ꝑ lectulū floridum: vt cum eo et ipsa quiesceret: sic ⁊
modo per domus pulchritudinem. q.d. pulcher es/ ⁊ ego pul
chra: lectus pulcher/ qꝛ floridus: et domꝰ etiā pulchra est: qꝛ
tigna domorū nr̄aꝝ cedrina et la/
Al. ꝉ caprones quearia cypssina. Tigna vulgo ꝉ capu
lones dicunt/ eo ꝙ mutuo se capiāt capiti/
Al. ꝉ cupressina bus suis. Hec tigna ad supportandū tectū
eleuant binatim colligata: vnde ⁊ tigna di
cūt/ q̄si tecto nexa/ vł tectū tenētia. Cedrꝰ
A vero arbor alta ē ⁊ imputribilis: cuiꝰ odor
⁊ sucus serpentes extinguit: ⁊ semꝑ crescit
cū alie arbores finē vel terminū habeāt sui cremēti. Laquea/
ria sunt quedā ligna/ q̄ ad modū laqueorū subleuata sunt. i. li/
gna subiacētia tignis: ⁊ supiacētia parietibꝰ/ tignis et copulis
collaqueāt ⁊ ꝯnectūt. Cypssus i conū erigit: Vn̄ ⁊ conos di/
cit grece. i. rotūditas. Et fructus eiꝰ conus dicit: Vn̄ dicunt
Mystice conifere cypssi. a Tigna domoꝝ nr̄aꝝ ⁊c. Mystice/
Domꝰ nostre/ sunt ecclesie ꝑticulares: q̄ vnite fide/ spe ⁊ cha/
.j.6.c. ritate sūt vna ecclesia: qꝛ vna est colūba mea. Tigna vo do/
morū: q̄ parietes stringūt ⁊ tectū supportāt ⁊ bina cōbinant
et locū altiorē tenent in domibꝰ/ sunt p̄dicatores: q̄ locū emi/
nentiorē in ecclesia possidēt: et bini copulant glutino gemine
charitatis: ꝓpter hoc qd̄ bini missi sunt: sicut legitur Luc. x.
a. Misit eos binos ante faciē suā. Tectū etiā ecclesie suppor
tant. i. patientiā aplōꝝ: qui imbres tribulationū ⁊ ventos ꝑ/
secutionū sustinuerūt. Imitant etiā p̄dicatores cedrū: quia
alti sunt ꝑ conuersationē: sicut dicit aplūs Phil. iij. d. Nr̄a
cōuersatio in celis est: Imputribiles castitate: incōbustibiles
pauꝑtatis amore. Sucus eoꝝ. i. doctrina eoꝝ/ serpētes. i. de/
mones vel peccata fugat et extinguit. Vn̄ Luc. x. c. dr̄ eis:
Ecce dedi vobis potestatē calcādi suꝑ serpētes ⁊ scorpiones:
⁊ suꝑ omnē virtutē inimici. Cypressus hāc virtutē habere di
cit: ꝙ oneribꝰ nō cedit: sed sub eis ꝑpetua stabilitate ꝑdurat:
odorem iocundū ⁊ salubrē emittit: ⁊ eandē virtutē pene quā
⁊ cedrus habet: Vn̄ laquearia cypssina minores p̄dicatores
sūt: qui ecclesiā sicut laqueus cōstringūt/ ne dispgat ꝑ diuer/
sos errores: qui ramos virtutū ⁊ operū suoꝝ ad sublime colli
gunt: sicut legit Eccl. xxx. d. Cōtine ⁊ congrega cor tuum in
sanctitate. Et. j. Cor. x. g. Siue mādueatis siue bibitis siue
aliud qd̄ facitis/ oīa in gloriā dei facite. Dicit ḡ spōsa inuitās
spōsum ad quietem: a Tigna domorum nostrarū. s.
tui faciētis ⁊ mei cooꝑantis. i. p̄dicatores omniū ecclīaꝝ/ sūt:
b Cedrina. i. imputribiles ⁊ inuincibiles ⁊ odoriferi: sic dr̄
ij. Cor. ij. d. Christi bonꝰ odor sumꝰ deo in omni loco i his
qui salui fiūt/ ⁊ in his q̄ pereūt. c Et laquearia nostra
. i. minores p̄dicatores me sua doctrina colligātes: d Cy/
Moraliter pssina. i. redolentes ⁊ imputribiles sicut cedri. Moralir:
a Tigna domoꝝ nr̄aꝝ cedrina. Tigna in domo aīe
sunt virtutes: q̄ binatim sibi inuicem cōnexe cōtignationē ad
munimentū domꝰ efficiūt. Verbi gr̄a. Magnificētia ⁊ hūili
tas: patiētia ⁊ fortitudo: cōtinētia ⁊ abstinētia: misericordia ⁊
hilaritas: strenuitas ⁊ lōganimitas/ ⁊ hmōi: Hec oēs cedrine
sūt. i. ad modū cedri supcrescentes: sic dr̄ Prouer. iiij. a. Se/
mita iustoꝝ q̄si lux splēdens ꝓcedit et crescit vsqꝫ ad ꝑfectā
diē. Vn̄ eis spūalit dr̄/ Gen̄. ix. a. Crescite ⁊ multiplicabimi:
⁊ replete trā. i. aīam. Crescite i habitu: multiplicamini effe/
ctu. c Laquearia cypressina/ sunt ille virtutes: q̄ non
solū vni sed omnibꝰ cōnexe sunt. Verbi gr̄a. In domo de q̄
loquimur mō/ ponit fundamētū aīe/ natura: parietes/ virtus
actiua et virtꝰ ꝯtemplatiua: laquearia/ fides/ spes/ charitas:
q̄ recte cypssine dicunt: q̄ in conū erigunt. s. deū. Luc. x. g.
Ps. 26. Porro vnū est necessariū. Et in Ps. Vnā petij a dn̄o.

E go flos campi. Vox sponsi Expo. Ca.II.
ad sponsam vocātis eam ad strenuitatē certaminis: ad
laborē agriculture spūalis: q̄ inuitauerat eū ad quie/
tem et amplexus lectuli floriditate: et domus pulchritudine
atqꝫ magnificentia. q.d. sponsus: O sponsa tu delectaris in
quiete/ secretis vis florere virtutibus: ⁊ hanc pulchritudinē
amas: ego vo aliā pulchritudinē quero. s. pietatis/ et salutem
multorū. Odorē meū toti mūdo innotescere cupio: qd̄ fieri
nō potest: nisi postposita quiete qua delectaris/ ad p̄dicatio/
nis officiū accingaris. Qd̄ libēter facere debes: qꝛ/ e Ego
flos campi. i. decor ⁊ gloria mūdi i quo pugnādū ē. Ego
q̄ natura sū deus: sū flos campi. i. vir/
ginis filius. Campus em̄ incultꝰ est: et tn̄
florem producit: sic beata virgo intacta et
illibata/ christū peperit. Ego inqꝫ sū flos
campi/ omni suauitate odoriferus/ aspectu
decorꝰ/ gustu dulcis/ tactu suauis/ olfactu
delectabilis: sed nō lecti quē tu queris/ aut
horti: s cāpi ꝑ victoriā certamis obtinēdꝰ:
q.d. Ego sū brauiū i stadio currētibꝰ: corona ꝓposita in cāpo
certātibꝰ. Vn̄ Esa. xxviij. b. In die illa erit dn̄i corona glie: ⁊
sertū exultatiōis residuo ppl'i sui. j. Cor. ix. d. Oēs q̄ i stadio
sūt: oēs quidē currūt sed vnꝰ accipit brauium. ij. Timoth. ij.
a. Nō coronabit nisi qui legitime certauerit. Ideo em̄ dicit:
Ego flos campi. q.d. q̄ habere me desiderat/ campū cer/
taminis nō fugiat. Vel ideo dicit: Ego flos campi/ nō le/
ctuli. i. ego sū vernās indeficiēter et mūdus naturalit/ adhe/
rens radicibꝰ originis mee: qꝛ a patre ꝓcedens/ nō ab eo di/
uisus est: flos lectuli marcidus est: qꝛ a radice separatꝰ. Vel
Ego/ sum/ flos campi. i. illis fragrans suauiꝰ/ vernās iocū/
dius: qui ꝓ me certant fortius: ⁊ qui mihi laborāt fructuosiꝰ.
Vel/ Ego/ sū/ flos campi. i. eorū q̄ ꝑ charitatē sūt extensi
ad alios ⁊ ꝑ iusticiā/ sm̄ vtrāqꝫ sui partē expositi. In illis em̄
salua pace cōtemplatiuoꝝ floret sponsus fructuosius/ fragrat
suauius ⁊ latius/ vernat ꝓpensius. Vel/ Ego/ mō sum/ flos
campi/ fide/ spe/ ⁊ charitate currētibꝰ: in futuro ero fructus
lectuli ꝑueniētibꝰ. Sic ḡ currite vt cōprehendatis: Quasi di
cat sponse: Tu vis habere me mō fructū lectuli/ siue domus:
suauitate mea pasci desiderās: sed ego adhuc sum flos campi
ꝑ certamē obtinēdus/ per laborē colligēdus: tandē maturatꝰ
in fructū in eterna requie/ que est lectus amplissimꝰ/ domus
ingens ⁊ locus spaciosissimꝰ: semꝑ sine fastidio comedēdus.
Nam qui edunt inquit me adhuc esurient: et qui bibunt me
adhuc sitient: Eccl. xxiiij. c. De illa domo dicitur Baruch
iij. c. O isrl' q̄ magna est domus dei: ⁊ ingens locus posses/
sionis eiꝰ. Vel ideo: Ego flos campi/ nō horti: qꝛ omnibꝰ
volētibꝰ ad delectabilit intuēdū ac suauit odorādū expositꝰ:
nō i horto: nō i lecto vł domo singularit possidendꝰ vł inclu/
sus. Hoc dicit cōtra quosdā vanissime p̄sumentes: qui in so/
lo ocio cōtemplatiōis/ nō in labore actionis/ vł i sollicitudine
p̄lationis opinant esse salutē: quasi solus lectus cōtemplati/
onis sit floridꝰ: ⁊ totus campus cōuersatiōis actiue sit sordi/
dus. Qd̄ etiā videt sentire ipsa sponsa. j. v. b. vbi sponso ro/
ganti vt ei apiat/ respondet: Laui pedes meos/ quō inquina/
bo illos: Sed ne lectulus se solū floridū estimet: ne etiā hunc
florē sibi soli vendicet: dicit sponsus: Ego flos campi.
Et laborātibus spem fructꝰ ꝓmittens: in flore em̄ fructꝰ spe/
rat: nō dicit/ sum vel fui vel ero: sed sine tpe/ ego flos campi:
vt innueret ꝙ semꝑ est cū laborātibus. Matth. vlt. d. Ecce
inq̄t ego vobiscū sum omnibꝰ diebus vsqꝫ ad cōsummationē
seculi. Vel/ Ego flos campi: q̄si dicat: O sponsa noli in
abscōdito cubiculi vel in horto lectuli me querere: qꝛ palā me
exhibeo omnibꝰ ad cognoscendū/ inueniendū/ obtinendū: vt
flos campi: q̄ nihil ē magis expositū. Vł Ego flos cāpi. i.
ex me oīs odor/ oīs vernātia/ oīs pulchritudo/ oīs fructꝰ ec/
clesie quasi ex flore vnico ⁊ singulari. Vnde Eccl. xxiiij. c.
Ego q̄si vitis fructificaui suauitatē odoris: et flores mei fru/
ctus honoris ⁊ honestatis. Vel/ Ego flos campi. i. ego
solus campo ecclesie vernantiā ⁊ floritionē/ suauitatē ⁊ odo/
rem tribuo. Qꝛ autē generaliter florē se dicit/ nō determinā/
do aliquē: inde ē qꝛ nō vnico mō floret i campo ecclesie: s vt
ita dicā: rubet in martyribꝰ: candet in virginibꝰ: viret in con/
fessoribus: pallet in penitētibus: rutilat in p̄dicatoribus: ⁊ ita
de alijs. Campus em̄ ecclesie sic habet flores electorū: sicut
celū stellas. Nā sicut stella differt a stella in claritate. j. Cor.
xv. f. ita flos differt a flore i colore. Christꝰ em̄ alios rubricat
imitatiōe sue passiōis